DISPARILITAS: Varr. Gell., Aug. c. serm. Arian. c. 33 *in creaturae disparilitate et infirmitate*, Ciu. D. XI, 10, 2 al.

†*dispensatiuus:* Aug. ep. 82, 24 *utrum uerum scripserit, an forte nescio qua dispensatiua falsitate mentitus sit* (C p. 6*); adu. quoque Aug. ib. 19, 21 (cf. 28).

DISPERTITIO: Tert., Aug. gen. ad lit. V, 10 *unus fons .. per omnes dispertitiones suas ascendens de terra et irrigans omnem faciem terrae.*

DISPOSITOR: Sen., Lact. (Gg.), Aug. Ciu. D. XIV, 26 *sub illo creatore ac dispositore* al., Firm. math. III, 15, 29 *publicarum religionum dispositores*, Hier. (?) in ps. 49 *unum ueteris nouique Testamenti esse dispositorem*, Ven. Fort. Misc. VII, 16, 26, Coripp.

DISPOSITVS, u: Tac., Coripp. laud. Iust. Aug. min. I,

138 (cum.. regeres diuina palatia patris..) *disposita iam Caesar eras.*

DISPVDET: Plaut., Ter.; App. (add. Gg.), Cl. Mam. an. III, 9, 1 ex.

DISPVTATOR: Cic. Off. et Val. Max. ss. ll. («äusserst selten» Freund), Ambr. Hexaem. IV, 4, 14, Aug. c. Cresc. I, 14 *sicut grammaticus a ueteribus latine dictus est literator, ita graece dialecticus multo usitatius et tolerabilius latine dicitur disputator*, id. c. Iulian. I, 4 *ut in nos uelut artifex disputator insilias*, mendac. 10, et al. saep., Victric. laud. sanct. 11, Ennod. ep. IX, 28.

dissertio: Rufin. Orig. π. ἀρχῶν I, 5, 1 *post eam dissertionem, quam de Patre et Filio et Spiritu sancto .. breuiter digessimus*, Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. IV, 69 (C p. 6*).

† DISSERTOR: Non. (p. 224ᵇ ed. Gerl. et Roth), Aug. mendac. 10 *dissertori ac disputatori atque praedicatori rerum aeternarum.*

distensio: Aug. Trinit. V, 1, 2 *molis*, Laurent. hom. 1 *uides, quanta distensio est in sinistro et dextro?* (A p. 23 et 19*); — *distentio:* Aug. in ps. 44, 4 *aeris*, C. Aur. tard. I, 4, 66 *corporis*, ac. III, 6, 61, 63 al. (C p. 6*).

DISTORTIO: Cic., Cels. s., Aug. uer. rel. 40, 75.

distributor: Aug. quaestt. 54, 2, Cass. Var. IX, 25 *suarum rerum distributor egregius*, XII, 20 (I et C p. 6*).

dolositas: Aug. c. aduers. Leg. et Proph. II, 42 *uersipelli dolositate* al. (C p. 7*).

duricors: Adaman. locc. sanct. III, 5 *quidam stolidus et duricors homo* (A p. 10*).

ebriositas: ad I s. u. add. Aug. et in ps. 75, 3 *punit ille ebriosum, tu laudas ebriositatem*, de sancta uirginit. 53 al.

ECSTASIS: Tert. «an. 45» al., S. S. Gen. uers. ant. (Rönsch p. 242), Aug. gen. ad lit. VIII, 25 *in aliquo excessu spiritus, quod graece dicitur ecstasis, et nos eo uerbo iam utimur pro latino*, 27, 49 al.

effectio: ad I s. u. ind. Aug. gen. ad lit. op. imperf. 16, 56 *non separatim fuisse dictionem et separatim effectionem, sed utrumque simul* al., effector Aug. etiam Ciu. D. VIII, 9 *rerum creatarum* al., Ambr. in ps. 1, 9 *silentii* al., effectrix et Aug. Ciu. D. XII, 9, 2 *quomodo esse potuit mala uoluntas bonae uoluntatis effectrix?*

effectiuus: ad I s. u. ind. Aug. c. serm. Arian. 12 *ut manum Dei.. secundum effectiuam uirtutem.. cogitemus*, Boeth., Grom.

EFFICIENTIA: Cic., Lact. opif. Dei (add. Gg.), plur. [Hilar.] anon. in Iob II ex. *mors apud Iob mortua est cum omnibus efficientiis suis*, Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 37 *oportet hanc efficientiam tanti esse mysterii, ut omnes inimici iustitiae sub diuinis pedibus collocentur.*

EFFLORERE: Tert., «Vulg. Ps. 131, 18 (efflorebit)», Ambr. ep. 2, 8 (effloreant).

EFFRACTVRA: Paul. Dig., Aug. catech. 16 *in furta et effracturas prosiliunt.*

effrenatio: ad I s. u. add. Ennod. ep. VII, 25.

ELECTOR: auct. ad Herenn., Ambr. Abrah. I, 3, 13 (infirmior amoeniora eligit, utiliora fastidit).. *si insipiens sit elector, aut cocum eligit aut uocalem..*,

refutat utiliorem, Aug. c. Faust. Manich. III, 5 *non amant sancti suos electores, si suorum sociorum eos inuenerint desertores*, XXII, 81.

ELOQVENTER: Plin. ep., Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 14 *ille conflictus*, *quem* (Cyprianus) *diligenter et eloquenter explicat.*

† *elucubratio:* Ennod. dict. 12 (mundae nitorem familiae seruando obscenam prosapiem peregrina luce perfunditis. Deo proxima res est uestro infusa beneficio,) *dum per cursus elucubrationis traditae, ne optimi degenerent, et ut mali degenerent, salua stemmatum ueritate praestatur* (B col. 201).

EMIGRATIO: Vlp., Adaman. uita Columbae III, 27 *diem meae de mundo emigrationis*, ib. 26.

ENARRATOR: Gell., Cassiod. in ps. 21, 1 *sapientiae magister consubstantialis Patri et enarrator Patris.*

† *episcopium* (ἐπισκοπεῖον): Cassiod. (Epiph.) hist. trip. VIII, 1 *ex itinere fatigatos ad episcopium duxit, et apposita mensa pauit;* al. (q. munus episcopi) C p. 7*.

EQVITATIO: Plin., S. S. Abac. 3, 9 iuxta LXX ap. Hier. in l. l. *ascendens super equos tuos, et equitatio tua salus.*

ERADICATIO: Tert., Aug. Ciu. D. XIX, 23, 5 *ne inobedientes eradicatio consequatur.*

ERECTIO: Vitr., Aug. in Ioann. tract. 40, 8 *celsitudinem, erectionem, nullam defectionem, aeternam stabilitatem.*

† *erector:* Aug. c. Petilian. I, 10, 11 *erectores altaris* (A p. 26).

ERICIVS propr.: Varr., Ambr. Hexaem. VI, 4, 20 *echinus iste terrenus, quem uulgo ericium uocant*, Hier.

in Abac. II, ad 3, 17, Cassiod. in ps. 103, 18 '*refugium erinaciis*'.. *erinacius est quem uocamus ericium.*

EROGATOR: Tert., Aug. in ps. 38, 5 *in illum finem, quo dicturus est bono erogatori dominus 'intra in gaudium domini tui'* (Matth. 25, 21), serm. 340, 4, Cod. Iust.

erroneus: ad I s. u. add. Cassiod. in ps. 70, 24, Hist. tripart. VI, 36, ib. 44, VII, 35 *daemon quidam erroneus* (Valenti) *persuasit ut*.., XII, 9 al.

ERVBESCENTIA: Tert., Aug. in ps. 30 enarr. 2, 5, Aug. (?) ad fratres in eremo serm. 26 *abscondit se* .., *quod erat signum doloris et erubescentiae.*

*ERVPTIO t. t. medic.: Plin., Cels. VII, 3, 4, Scrib. I, 83, Th. Prisc. I, 20 *sin* .. *plus excreuerit acrior eruptio* (uulneris sponte nati ex importuno humore).

ESSENTIA: Quint. (ut II, 14, 2 'haec interpretatio non minus dura est, quam illa Flauii essentia atque entia'), cf. Sen. «ep. 58»; Aug. uer. relig. 31 *ibi esse primam uitam et primam essentiam, ubi est prima sapientia,* ib. 14, anim. orig. II, 5, 9.

EVANGELIZATOR: Tert., Hier. in Matth. I, ad 10, 9 sq. *euangelizatoribus ueritatis.*

EVAPORATIO: propr. Sen. Gell., transl. Cassiod. in ps. 118, 171 *euaporatio ista de imis mentibus uenit.*

EVIDENTIA: Aug. in ps. 54, 20 *quomodo in haeresi permanebit ad tantam euidentiam sanctae Catholicae* ..?, cons. euang. I, 31, 48, — ut t. t. rhet. (= ἐνάργεια) Cic. et Quint.

exaedificatio: ad I s. u. add. Ambr. in ps. 118 serm. 6, 24 *intra parietem Legis et prophetarum spiritalium lapidum exaedificatione fundatum* al.

EXAGGERANTER: Tert., Aug. in ps. 118 serm. 27, 9

tanquam exaggeranter diceret transisse se flendo fontes aquarum.

EXAGGERATVS adi.: comp. Gell., superl. Cassiod. in ps. 22, 9 *desinens in exaggeratissimam summitatem;* — † adu. compar. Aug. c. epist. Manich. 34, 38 *ut .. magnum malum esse clamaret, tanto scilicet exaggeratius, quanto timidius.*

EXAGITATOR: Cic., Aug. in ps. 80, 11 *habebit multos exagitatores, multos insultatores.*

EXALBARE: Tert., Dynam. II, 37 *cicatricibus nigris adposita exalbat eas.*

EXAPERIRE: Tac., transl. Aug., Cassiod. in ps. 36, 6 *fulgor Dei operum nostrorum qualitates exaperit.*

excogitatio: ad I s. u. add. Ambr. de uirginit. 16, 100, Cassiod. Var. I, 17 *munitio efficitur praeualida, si diutina fuerit excogitatione roborata.*

EXCVLTOR: Tert., Cassiod. (Epiph.) hist. tripart. II, 22 *tyrannicae crudelitatis excultor.*

EXERCITATOR: Plin., Cassiod. (Epiph.) hist. tripart. II, 24 *exercitatorem pietatis et castitatis egregium.*

EXHIBITOR: Non., Arn., Aug. in ps. 36 serm. 1, 7 *promissorem adhuc tenes, exhibitorem autem exspectas,* in 44, 2 *aurem accommodent promissori, credant exhibitori.*

exinanitio: ad I s. u. add. Fulg. Rusp. de fide 20 ex. *neque enim aliud fuit illa summi Dei exinanitio, nisi formae seruilis, id est humanae naturae, acceptio.*

EXITIO: Plaut., inc. quu. ex nouo Test. 91 *probatum est Christum a Deo exiisse .., ut per hanc exitionem Filium istum Dei credere non esset ambiguum,* ib. 97 p. 2293 t. 35 Migne.

EXPIATOR: Tert., Iulian. Pelag. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. IV, 108 *libidinum expiator.*

expiatus, u: Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 17 *doloris et internae aegritudinis expiatu* (C p. 7*).

EXPLANATOR: Cic., Aug. c. Secundin. 10 *nullo explanatore desiderato*, Rufin. praef. ad Orig. π. ἀρχῶν III *absurdum est,.. ea, quae.. de Deo.. dicuntur..*, *sine magistro et explanatore putare aliquem posse se discere.*

explicabilis: ad I s. u. ind. Aug. c. Iulian. Pelag. V, 3, 10 *siue alio quocunque uel explicabili uel inexplicabili modo.*

EXPLORATIO: Col., Tac., Modestin. Dig. ss. ll., Iul. Val. III, 17 *si exploratio secundasset, tunc demum nos tuto posse transmittere.*

EXPRESSOR: Tert. (ueritatis), Auien. (stili), Aug. in ps. 54, 22 *unde dicuntur et in arte argentaria exclusores; id est — ex quadam confusione massae — formae expressores.* Cf. *expressio q. ἐνάργεια Ambr., Aug. consens.euang. I, 31, 48 'quid contra hanc euidentiam expressionemque rerum et praedictarum et impletarum dici potest?'

expulsio: ad I s. u. add. Aug. in Ioann. tr. 52, 6 *hanc a suis redemptis diaboli expulsionem.*

EXPVLTRIX: Cic. s., Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. III, 71 *quorum scelerum uim non solum expultricem innocentiae naturalis, uerum etiam deinceps per totam uitam in uitia uniuersa coactricem*; — expulsor Cic. Nep.

EXPVRGATIO: Plaut., Aug. c. Iulian. I, 5, 15, Oros. de err. Priscill. et Origenist. 3 *fideli pristinorum expurgatione.*

EXSECRABILITER: [Hilar.] anon. in Iob II p. 160 *cum istis nefandis doloribus exsecrabiliter scateret*, «Nou. Anthem. 1, 3», comp. Aug.

EXSECRATOR: Tert., Aug., Hier. in ps. 134 *arborem infructuosam habent secum exsecratores Dei.*

EXSEQVIALIS: Ouid. (carmina), Adaman. u. Columb. III, 34 *exsequiales dies*, ib. *exsequialia officia*, abs. exsequialia Stat.

† *exsistentia*: Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. V, 8 *munus dicit piorum exsistentiam filiorum* (respiciens ad Aug. nuptt. et concup. II, 25 'munus piorum propagatio est fecunda filiorum'), ib. 31, Cassiod. Var. I, 10 (B col. 202).

EXSPARGERE: Lucr., Dynamid. II, 100 (radix asphodeli) *combusta alopecias exspargit* (spargere tumores ib. 90, discutere impetigines ib. 91).

EXSTINCTIO: Cic., Ambr. Iob et Dauid IV, 7, 22 *incredibilis celeritas exstinctionis eius* (impii: ps. 36, 36).

EXSVLATIO: Flor., Ennod. carm. I, 8 prol. *iuuat exsulationis comitem fistulam labiis admouere.*

EXTERMINIVM: Tert. (exterminii ciuitatis Hierusalem i. e. uastationis eius), S. S. et Barn. ep. (Rönsch p. 29), Aug. Conf. II, 4, 9 *turpis anima et dissiliens a firmamento tuo in exterminium*, — fere id. q. exterminatio S. S. (Rönsch p. 74), Aug. enchir. 14 *nihil est aliud corruptio quam boni exterminatio*, [Hilar.] anon. in Iob I p. 85, Ps.-Soran. quu. med. 200 (phrenesis est..) *cum mentis exterminatione et .. cum impedimento uel defectu intelligentiae.*

exuberantia: ad I s. u. add. Laurent. hom. 2 *rerum.*

FACTITATIO: Tert., Ps.-Soran. quu. medic. 31 *diaetica.. est artificiosa uictus factitatio.*

FALSE: Sis. ap. Charis., Cassiod. in ps. 63, 10 *quid leuius.. quam uerum iudicem false adiudicare, quam occidere uelle, qui mortuos suscitabat?*

FALSILOQVVS: Plaut., Prud., Claud. Mam. an. III, 9, 3 *falsiloquae uanitatis uitio*, II, 11.

famulatio: ad I s. u. add. Cassiod. in ps. 73, 14 *cum eos a diaboli famulatione dimiserit*, id. Var IX, 24, XI, 37.

FASCINATIO: Plin., Vulg. Sap. (Rönsch Itala p. 74), Aug. Ciu. Dei VII, 21 et 24, [Hilar.] intpr. anon. in Iob p. 220 *non fascinationes praeualent quicquam, sed hominum incontinentia.*

FENESTRARE: Plin., Ven. uita Alb. 20 *cuius uirtute potuisset paries fenestrari;* part. fenestratus Varr. Vitr.

FERVENTER: Cael. ap. Cic. ep., Aug. in ps. 65, 24 *multi.. in nouitate suae conuersionis feruenter orant, postea languide, postea frigide;* comp. Aug., sup. Cael. ap. Cic.

FESSVLVS: App. Ἀνεπ., Drac. carm. ed. Duhn X, 123.

FLABILIS: Cic., s., Aug. anim. orig. III, 4, 4 *flabile alimentum* (aer quem spiramus et respiramus), ib. 5 *spiritum flabilem*, gen. ad lit. III, 7, 9 *in aura flabili*, trnsl. Prud.

FLAGELLATIO: Tert., Adaman. locc. sanct. III, 4 *post flagellationem solutus e uinculis.*

FLEXIBILITAS: Solin., Aug. c. Secundin 19, Cassiod. Var. V, 42 *qui perun cta corporum flexibilitate luctantur.*

FLORIFER: Lucr., Cassiod. in ps. 79, 19 *prati floriferi planitiem.*

FLVCTIVAGVS: Stat., Coripp. laud. Iust. min. II, 328 *pelagus*, Ven. Misc. VII, 31, 5 *uelaque fluctiuagum* (me) *traherent*, Prisc.

*FLVCTVATIO: trnsl.: Liu., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. II, 102 *eam fluctuationem*, *quam perpeteris*, *ut in iisdem paene uersibus quod dixeris neges*, *quod negaueris asseueres.*

FOMENTATIO: Vlp. Dig., Th. Prisc. I, 19 *post fomentationem olei calidi*, 27, C. Aur. acut. II, 9, 51 et saep.

FORMATRIX: Tert., Aug. contra Acad. III, 37 *quasi formatricem illarum partium* (i. e. partium philosophiae: ethices ac physices) *iudicemque dialecticam* al., Cl. Mam. an. I, 26 *formatrici formae*, Coripp. Iust. min. II, 16; — formator pA, Aug. lib. arb. III, 60 *formator et ordinator rerum omnium* al., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 14 *hominum* (Deus), alii.

frequentatio: ad I s. u. add. App. Ascl. 3 et, quod Klotz s. u. habet, Cassiod. Var.

FREQVENTATOR: Tert., App. dub., Adaman. locc. sanct. I, 13 *sanctorum locorum sedulus frequentator* al.

FRIGVTTIRE Plaut. Cas. uel FRINGVTIRE Varr. L. L. uel FRINGVLTIRE: explicant Non. p. 4[b] al., Fulg. serm. ant. p. 175 M. (transl. aggarrire), utuntur (friguttire) Fronto p. 146 Nab., (fringultire) App., Cl. Mam. an. II, 9, 4 *cernas alium.. quasdam suggillatiunculas fringultientem ab alio.. parasitico more laudari*, Sidon.

fructificatio: Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. V, 21 *quod* (Matth. 12, 33) *nobis iure suffragatum est*, *ut*

doceremus, naturam quoque atque coniugia de fructificationis suae qualitate censenda (C p. 8*).

>-FVGITANS: adi. c. gen.: Ter., Ambr. fug. sec. 2, 7 *fugitans corporis, f. passionum*, id. off. ministr. II, 21, 106 al.

FVLGVRALIS: Cic. (libri), Adaman. u. Columb. III, 24 *lux*.

fundatio: ad I s. u. add. Cass. (Epiph.) hist. trip. IV, 9 (ecclesiae cuiusdam in urbe Antiochia).

FVRIALITER: Ouid., De miracc. S. Steph. II, 5, 1 *uiso, quem f.. quaerebat.*

>-GARGARIDIARE (gargarizare): Varr. ap. Non., liber de uirt. herb. 62 p. 143 Anecd. gr.-lat. ed. Rose II (semen sinapis) *tritum cum melle et aceto.. caput purgat gargaridiatum.* Cf. baptidiata inscr. (459 p. C.), catomidiare (A n. 58).

GENERABILIS act.: Plin., Coel. Aur. salut. praecc. 29 *semen generabile.*

GENITALITER: Lucr., Fastidios. Arian. ap. Fulg. Rusp. ep. 9 *genitaliter lotos latice iniquitatis indemnes asserit alienae, si uoluntatis assensus non teneatur in crimine.*

*GESTICVLATIO: Cassiod. in ps. 32, 17 *tanquam si equinis gesticulationibus peruehantur;* al. Quint. Suet. App. all.

GESTICVLVS demin. (gestus, us): Tert., Non. p. 22[a].

gloriatio: ad I s. u. ind. Aug. spir. et lit. 10 *gloriationem uitiosam de superbia uenientem* al.

glutus: Dynam. II, 94 *post acceptam potionem oportet mulsae sorbere glutos* (γρ. gluttios) *III et gargarizare* (A p. 33).

GRANDISONVS: Sedul., Cassiod. Var. IV, 50 *grandisono fremitu*, in ps. 45, 3 al.

GRANDIVSCVLVS: Terent., Aug. ep. 104, 7 *quoties paruuli uel etiam grandiusculi ueniam peccantes deprecati sumus*, id. de catechiz. 10 *nec in eis.. tanquam infantilibus cum aliqua uoluptate iam grandiusculus animus graditur*, et saep.

GRASSATIO: Plin., Possid. uita Aug. 28 *ferocissimam hostium grassationem et uastationem.*

gratificus: Cassiod. (Epiph.) hist. trip. IV, 36 *gratificas orationes offerte Deo* (cf. C p. 8*).

GRATVLATOR: Cic. fin. «loco spur.», Mart. s., Aug. in Ioann. Ep. ad Parth. tract. 8, 9 *illum fecisti gratulatorem de fame interfecta, hunc fecisti imitatorem de exemplo proposito.*

GRATVLATORIVS: Iul. Val., Capitol. (epistola), Aug. ep. 58, 2 *literae*, serm. 193, 1 *festa uox et gratulatoria.*

GRVNNITVS: suis Cic., Hier. in Amos II, ad 5, 23, Aug. nat. et grat. 47.

habitatrix: Iul. Val. III, 16 *habitatrices malarum solitudinum*, Hier. in Eph. I, ad 1, 14 (C p. 8*).

HELLADICVS: Plin., Cassiod. (Epiph.) hist. tripart. I, 4 *neque.. Helladici uel Macedones et Illyrici licenter in religione durabant propter Constantinum, qui princeps erat in his partibus Romanorum*, IV, 39 *Helladicae ciuitates Illyrici*, VI, 21 *qui Helladicam explanauere prudentiam*, XII, 2 *Xenophon in primo libro Helladicorum.* Proinde in eisdem libris Hellas IX, 38 *tota Hellade*, uel Hellada VI, 1 *discurrens uniuersam Helladam* (cf. A p. 48).

HERBESCERE: Cic. s., Ambr. Hexaem. III, 9, 42 *herbescere campos.*

hilarescere: ad I s. u. subind. Aug. in ps. 62, 16 *hilaresco in bonis operibus, quia super me est uelamen pennarum tuarum.*

IACTABVNDVS: Gell., Hier. Orig. in. Ezech. hom. 8, 3 *incedunt iactabundi super diuitiis eius*, id. Orig. in Ierem. h. 7 p. 810.

IACTANTER: Amm., Aug. c. Iul. V, 8 *arma tua obtusa iactanter uentilas*, Ennod. uita Epiph. p. 365 Sirm.; comp. Tac., Prud.

IGNIARIVS: neutr. subst. Plin., gloss., adi. (ignarius) Marc. Emp. *lapis*, Hier. in ps. 96 *lapis qui uulgo uocatur ignarius.. si cum alio lapide collisus fuerit, medius ignis excutitur*, ib. sup.

ignoranter: Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 9 *Manichaeo te ignoranter quidem, sed instanter tamen.. suffragari* (C p. 8*).

† *illibatio:* [Hilar.] anon. in Iob I, p. 111 '*orauit ad Dominum*' *sensus illibationem, mentis integritatem, animae sanitatem* (B col. 206).

ILLVMINATOR: Tert., Lact., Aug. c. Maximin. I, 4 et 5, et al.

ILLVSTRATIO: Cic. ap. Quint., ep. Timas. et Iac. ap. Aug. gestt. Pelag. 24 *ista tam perspicuae ueritatis illustratio* (illustrator — C p. 9* — Aug. etiam Conf. VIII, 5 *ueritatis*, XII, 16, 23 al.).

IMBRIDVS: Solin., Pallad., [Hilar.] intpr. anon. in Iob II p. 175 (uultu uel aspectu) *tristi imbrido nubilo flenti.*

† *immaterialis:* Hier. (C p. 28), Ambr. in ps. 118 serm. 10, 15 '*accepit Deus puluerem de terra, et plasmauit*

hominem' (Gen. 2, 7): *ubi puluis, ibi plasmatio, ubi autem non puluis, ibi non terra, non materia, sed incorporeum,.. ibi non materia, sed immateriale.* Ad 'materialis' (C l. l.) cf. et Ambr. de Elia 3, 5 '*non omnis esca materialis, nec omnis cibus corporalis; est cibus mentis, quo epulantur animae*' al., Aug. bon. coniug. 20.

immensitas: ad I s. u. add. Rufin. Clem. Recogn. II, 62 *de immensitate lucis*, 66, III, 7, 14, VIII, 60 (Dei), id. Orig. π. ἀρχ. II, 6, 5, Fulg. Rusp. ad Monim. II, 6 et saep., Cassiod. in ps. 5, 15 *gaudiorum*, in 35, 1 al., et alii.

IMMERENTER: Val. Max., Steph. ad Bonif. pap. II libell. I *damnationem immerenter exspecto.*

imminentia: ad I s. u. subind. Aug. c. Faust. Manich. XVI, 5 *semper sub imminentia gladiorum.*

IMMISERICORDITER: Terent., Aug. lib. arb. III, 28 *quia.. immisericorditer superbeque uixerunt*, Cassiod. in ps. 118, 87.

IMMISSIO: Cic., Vlp., Aug. in Io. tr. 55, 4 *per immissionem diabolicam*, in ps. 77, 28, C. Aur. ac. III, 4, 38 al.

IMMORTALITER: Cic. ep. s., Aug. c. sec. resp. Iul. II, 76 *mors atque mortalitas non erit immortaliter uiuentibus nobis.*

IMMVTABILITER: Cels. Dig. et App. mund., Aug. c. sec. resp. Iul. III, 94 *inmutabiliter malum.*

imparilitas: ad I s. u. subind. Aug. Trin. IV, 21, 32, et add. Fulg. Rusp. c. Fabian. fr. 18, Cassiod. an. 5 *imparilitate partium.*

IMPECCABILIS: Gell., Pelag. ap. Aug. gestt. Pelag. 30

non dixi quoniam recipit natura hominis ut impeccabilis sit.

IMPERCVSSVS: Ouid., Hier. in Amos I, ad 3, 1 et 2 *ne quid impercussum remaneat.*

† *imperscrutabilis:* Fulg. Rusp. etiam Ad Monim. II, 8 in. al. (C p. 9*).

IMPETRATIO: Cic. s. (plur.), Aug. Conf. XII, 1, 1 *longior est petitio quam impetratio*, id. serm. mont. II, 10, Codd. Theod. et Iust. ss. ll. (Dirksen Man. s. u.), Cassiod. in ps. 101, 3 *de impetratione securus est*, Ennod. ep. VIII, 37 al.

IMPLICATIO: Cic., Aug. in ps. 69, 8, Possid. uita Aug. 24 *deuitans implicationem sui animi, quem semper liberum habere uolebat ab omni molestia temporali.*

impoenitendus: ad I s. u. add. Cassiod. Var. I, 30 *impoenitenda est ultio de ciue, quae de legibus uenit.* Cf. B n. 44 (apud Cassiod. exstat etiam illaudandus: Var. VIII, 20 'bonorum omnium breuis est definitio, uitare quae fecit, quoniam uere illaudanda sunt, quae suo iudicio comprobauit', ac forsitan Iornandes quae habet huiusmodi, inexpugnandus et innumerandus, ab eodem Cassiodoro in epitomen suam transtulerit).

IMPOLITE: Cic., Aug. c. Crescon. IV, 2 ex. *liceat nobis sine inuidia non usquequaque impolite contra errores hominum disputare.*

IMPOSSIBILIS: Quint., Iust.. App., Tert. bapt. 2, «de carne Chr. 3, 4, adu. Valent. 9, adu. Hermog. 42», Vlp. Dig., Amm., Macr. (uid. Mühlmann Thesaur. d. class. Lat. s. u.), all. postt.: nos addimus comp. impossibilior Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 29, et a

Rönsch p. 332 impossibilis act. q. impotens Vulg. Sap. 11, 18.

IMPOSSIBILITAS: App., Tert., Cassian. Incarn. VII, 3 (plur.), ib. 4, Salu. Auar. I, 8, Petr. Chrysol. serm. 51 al., et all.

improbatio: ad I s. u. subind. Aug. in Ioann. tract. 90, 2 *improbatio uitiorum uirtutumque probatio.*

IMPROPRIE: Plin. et Gell. ss. ll., Rufin. Orig. π. ἀρχῶν III, 5, 4, [Aug.] Categ. 16.

IMPVGNATIO: Cic. s., Hier. (add. Gg.), Iulian. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. IV, 103 *cum sit contrarium necessitas et uoluntas, ita ut.. mutua se impugnatione consumant* al., Ennod. ep. VI, 3 *aduersus omnem quae ex inuidia nascitur impugnationem.. seruandam esse constantiam*, ib. 9 *multis impugnationibus praegrauati* al.

IMPVTATIO: Callistr. (sec. III) Dig., Cassiod. in ps. 70, 7 *negligendae sunt humanae imputationes, quando diuinae nobis probantur fauere uirtutes*, in 76, 20 al., id. Var. V, 27 *qui nostrae maluit imputationis uulnera declinare.*

INCASTIGATVS: Horat., Ferreoli (sec. VI med.) regula ad monach. praef. *quidquid ineptum lectio incastigata protulerit.*

incautela: [Hilar.] anon. in Iob II, p. 200 *uerba labiorum.. aliquando inconsideranter proferuntur ex incautela, et non ex iniquitate* (C p. 9*).

†*incestator:* Aug. c. Faust. Manich. XXII, 98 *nurus suae nefarius incestator*, id. unit. eccl. 2 al. (A p. 39 et C p. 9*).

INCLVSIO: Cic. s., Th. Prisc. II, chr. 16 *dolor stomachi*

.. *qui* .. *faucium quoque inclusionem et ructus difficiles faciat;* ut t. t. rhet. Rufinian.

INCOACTVS: Sen., Cassiod. Var. XI, 3 *quod generaliter debeo, incoactus exsoluo.*

INCOCTVS: Gell. e libr. de sacerd. publ. uel e Fab. Pict. et Plaut. s., Th. Prisc. I, 15 *oua recentia incocta.*

INCOGITABILIS: act. Plaut., Lact., pass. Amm., fragm. iur. Vatic. 75 ex., Aug. quu. 62 ex., Cl. Mam. an. I, 3 *miro atque incogitabili modo.*

†*incomprehensibilitas:* Fulg. Rusp. Ad Trasimund. II, 1 *incomprehensibilitas digna miraculo*, ib. inf. (A p. 14* et 22*).

†*inconfuse*: Mar. Merc. Blasph. Nestor. p. 914 B al., Agapet. pap. I, ep. 1 (in fidei confess. Iustiniani) *Filium unigenitum in duabus naturis inconfuse incommutabiliter inseparabiliter agnoscendum*, «Facund. defens. IX, 7» (B col. 207).

incongruenter: Aug. Conf. XIII, 3, 4 (C p. 9*).

inconsequens: ad I s. u. add. Rufin. Orig. π. ἀρχ. IV, 1, 17 *praecipitur exterminari omne .. non .. circumcisum, quod ualde inconsequens est, cum oporteret .. iuberi ut parentes punirentur, qui filios .. non circumciderunt;* — adu. Coel. Aur., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. II, 105 *conuinco secundum dogma tuum inconsequenter Apostolum pronuntiare* (Rom. 5, 16) '*gratia autem ex multis delictis in iustificationem*', *qui dixerat* '*ex uno peccato iudicium in condemnationem*'.

†*incontrectabilis:* Aug. etiam c. sec. resp. Iul. VI, 22 *uis nescio quae inuisibilis et incontrectabilis secretis naturalibus insita est, ubi iura propaginis naturalia delitescunt* (B col. 208).

INCONVENIENTIA: Tert., Aug. morr. eccl. 8, 11 *quis .. non uideat per inconuenientiam corporalis temperationis haec laedere, ac rursus per conuenientiam non laedere*, ib inf. bis, ib. 12, 13, quaestt. 59, 1 al., Macr.

inconuertibilis: Tert., Hier., Aug. c. sec. resp. Iul. V, 42 *Deus, cuius solius est inconuertibilis incommutabilisque natura*, Conf. VII, 3, 4, in Iob 7 al., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. V, 25 *inconuertibilem esse malitiam* al., Facund. all.; — †adu. Hier. Leo M. all. B col. 208, add. Mar. Merc. Cyrill. apol. adu. Theod. p. 974 D, Rustic. c. Aceph. p. 1235 *una subsistentia* (est) *inseparabiliter indiuise inconuertibiliter*, «Dion. cr. hom. 28».

INCORPORALITAS: Tert., Aug. Ciu. D. X, 11 *si corpore et incorporalitate dii a daemonibus distinguuntur*, Macr., Isid. Ord. creat. 15, 9.

INCORPORARE: Solin., Aug. in Iob 39 *ecclesiae credituros* al., Cl. Mam. an. II, 3, 2 *animam*, Prud.

INCORRVPTIBILITAS: Tert.; S. S. (bis) et Sulp. Seu. (Rönsch p. 217); Aug. Trin. IV, 18, 24 ex., Cl. Mam. an I, 3, 17 *diuinitatis*, all.

INCVLCATOR: Tert., Cassiod. Var. XII, 1 *plus agit inculcator rationis, quam possit exercere terribilis.*

INCVRVATIO: Plin., Hyg. Poet. Astr., [Fulg.] serm. 24 *inclinatio Christi incuruatio est superbiae Antichristi.*

INDEFATIGATVS: Sen., Fab. Claud. Gord. Fulgent. de aetatt. mundi XI p. 142 (Mus. Rhen. Nou. XXIII) *fatigato tot triumphis mundo ipse* (Caesar) *tantum indefatigatus ciuili sanguini non pepercit.*

INDEFINITE: Gell., Aug. Conf. XI, 26, 33 *quid metior*

.. *et dico aut indefinite 'longius est hoc tempus quam illud', aut etiam definite 'duplum est hoc ad illud'* (definite Cic. all.).

indelebilis: Adaman. locc. sanct. III, 4 *indelebilis in pauimento permanet idem equinus cruor* (C p. 10*).

† *indigeries:* Anthim. 66 (pisum crudum) *facit inflationes graues et indigeries malas*, Reg. Bened. 39 (A p. 40 et C p. 10*).

INDISSIMILIS: Varr. L. L. dub., Hier. (add. Gg.), Rufin. Orig. π. ἀρχ. II, 3, 4 *indissimiles sibi ac per omnia pares*, Cassiod. (Epiph.) hist. tripart. II, 7 *indissimilem per omnia Patri.*

indiuulsus: [Hilar.] anon. in Iob III p. 214 (C p. 10*).

indomabilis: ad I s. u. subind. Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. IV, 6 *indomabilem te eam* (concupiscentiam) *sentire.*

inductor: ad I s. u. add.: al. Aug. C. D. XVIII, 39 γραμματοεισαγωγεῖς, *qui latine dici possunt*[4]) *literarum inductores.*

---

4) Cf. Aug. ib. XIX, 19 'ἐπισκοπεῖν, si uelimus, latine superintendere possumus dicere' (ut et ipse alibi facit et Hier.), id. quu. in Heptat. III, 38 'quae graecus habet (Leuit. 11, 46) ζωογονοῦντα nostri quidam uiuificantia interpretari maluerunt, quia utcunque hoc verbum noster usus recipit, quam facere nouum insolitum, si dici posset uiuigignentia', id. c. Crescon. I, 14 'dialectica, quae, si usus admitteret, fortasse latine disputatoria uocaretur, sicut grammaticam literaturam latine linguae utriusque doctissimi appellauerunt', ad Oros. 5, de magistro 8, Seuer. ap. Aug. ep. 109 'nobis .. compaginabiliores, si tamen admittis hoc verbum, aptare moliamur'. Similiter Augustinus, cum uerbum aliquod subinfert aut noue affiguratum aut minus usitatum, sibi cauere solet adiecto 'ut ita dicam', 'ut ita dixerim', 'ut sic loquar', ueluti: Ciu. D. XII, 25 'potentiam suam, ut ita dicam, fabricatoriam', X, 15, morr. eccl. 12, 23, Trinit. XI, 2, 5 'quam teneriora atque, ut ita dixerim, for-

ineffabilitas: Cassiod. (Epiph.) hist. trip. I, 19 *quae pro his friuolis quaestionibus inter alterutros* (cf. ann. 1) *disputata sunt, . . manere intra sensum debent, mentis ineffabilitate seruata* (C p. 10*).

INEXCITABILIS: Sen. (somnus), [Hilar.] intpr. anon. in Iob II p. 128 *immobilis et inexcitabilis.*

INFABRICATVS: Verg., Aug. c. epist. Manich. 31, 34 *de bonis quibusdam, sed non summis et infabricatis, sicut est Deus*, id. uer. relig. 11, 21, Ennod. ep. V, 19.

infamatio: ad I s. u. subind. Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. II, 15 *delicta uoluntatis imputare naturae et infamatione seminum morum petulantiam uindicare*, IV, 51.

infestatio: Ambr. epist. 15, 2 *barbarica infestatione*, Aug. c. Gaud. I, 21 *aduersitatis infestatione* (C p. 10*).

INFINITAS: Cic. aliq., Amm. s., Aug. uer. relig. 43 *quae cum habeant infinitatem diuisionis, non ipsa per se, sed in aliorum et maxime ipsius uniuersi comparatione tam parua sunt.*

INFORMATOR: Tert., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. II, 236 *ecclesiarum.* id. ib. III, 98.

ingressio: ad I s. u. subind. Ambr. in ps. 43, 1 *ad altare sacrosanctum.*

INHONESTAS: Tert., Aug. c. Iulian. IV, 16, 82 *confusionem inhonestatis esse, non dubium.*

INHONORABILIS: Tert., [Hilar.] intpr. anon. in Iob I p. 7 *inhonorabiles atque egeni effecti.*

---

mabiliora sunt primordia seminum, tam efficaciter et capaciter sequuntur intentionem maternae animae', in Ioann. tract. 13, 17 'contra istos, ut sic loquar, mirabiliarios cautum me fecit Deus meus' al.

INIMICARE: traus. Hor. Stat. Aus. ss. ll.; intr. Aug. in ps. 84, 4 *ab hostibus suis uicinis circumquaque inimicantibus multas molestias patiebatur* (populus Israel), Conf. I, 18, 29 *cor suum uastat inimicando.*

INIMICITER: prisci (u. lexx. s. u.), Adaman. u. Col. II, 17 *non semel, sed bis inimiciter agens.*

ININVESTIGABILIS: Tert., Hier. in Eph. II, ad 3, 8 sq. *ininuestigabiles diuitiae Christi*, et aliq. ib.

INOBSCVRABILIS: Tert., Aug. in ps. 41, 2 *in illius luce lumen inobscurabile.*

† INOLITVS: Iul. Val. (Forc.), Fulg. Rusp. Ad Trasim. I, 4 *inolitam uetustatem demere.*

† *inoperatio:* Rufin. Orig. π. ἀρχ. I, 3, 7 *Patris et Filii beneficia uel inoperationes peruenire ad bonos et malos*, III, 3, 4 al. (C p. 10*).

inordinate: Cels., Aug. c. Faust. VI, 9 *uiuere*; Rufin. Orig. π. ἀρχ. I, 1, 6 *uidetur .. corpus humanum .. uelut quadam sui inaequalitate motus mentis incomposite inordinateque suscipere*, inc. quaestt. ex uet. Test. (t. 35 Migne) 1; al. Aug. (I s. u., add.: unit. eccl. 20, 53, cl. ib. 54 'Circumcellionum inordinatas licentias et superbas insanias').

inordinatio: ad I s. u. add. Cassiod. in ps. 135, 5 *quia nulla confusione, nulla inordinatione .. creati sunt.*

INQVILINATVS, us: Tert., Aug. in ps. 38, 21 *quae domus est, quo migrandum est ex hoc inquilinatu?* al., Cod. Theod. XII, 19, 2, Sid.

inquinatio: Aug. mus. VI, 43 *inquinationem et aggrauationem animae*, id. morr. Manich. 16, 51 al. (C p. 10*); cf. sup. coinquinatio.

INREPERCVSSVS: Tert., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul.

II, 98 (friuolam expositionem in hoc loco tuam .. despicerem,) *et irrepercussam praeterirem.*

INREPREHENSVS: Ouid., Hier. in Gal. II, ad 4, 10 sq. *nec irreprehensos reliquit.*

INROTARE: Minuc. Fel., Cassiod. in ps. 58, 4 *quorum uita tortuosis semitis irrotatur.*

INSATVRABILIS: Cic., Oros. (add. Gg.), Cassiod. Inst. Diu. 33 *insaturabili dolore.*

INSATVRABILITER: Cic., Ven. Misc. III, 9, 79 *inferus insaturabiliter caua guttura pandens, qui rapuit semper.*

INSOLABILITER: Hor., Ennod. ep. VIII, 41 *insolabiliter amantum ferretur absentia, nisi opem darent remedia literarum.*

INSPIRATIO: Solin., Tert., Cypr. ad Fortun. 1, Aug. grat. Christi 39 *inspiratio caritatis per Spiritum sanctum,* de anim. orig. I, 14, 19 *quod graecus dicit* πνοήν, *hoc Latini uarie interpretati sunt, aliquando flatum, aliquando spiritum, aliquando inspirationem,* al.

INSTRVCTOR: Cic. p. red. in sen. (conuiuii), Aug. c. duas epp. Pelag. IV, 9 *ecclesiarum in uerbo ueritatis,* Cassiod. Var. VII, 5 *instructor parietum aut sculptor marmorum.*

INSTRVCTVS, u: Cic., Aug. quu. in Heptat. II. 47 '*excepto instructu*' (Exod. 12, 37) *uel censu uel substantia uel si quo alio uerbo melius interpretatur* ἀποσκευή, *manifestum est et homines significatos siue in seruis siue in mulieribus siue in his aetatibus quae militiae non essent idoneae* (Vulg. pro illo habet: absque paruulis).

INSVLTATORIVS: Tert., Aug. in ps. 34 serm. 2, 11

quomodo simulata erat pax ipsorum,.. sic iam insultatoria laus eorum; — †insultator Aug. c. Faust. Manich. XV, 9 *nec curat* (Ecclesia) *imperitum insultatorem*, in ps. 41, 8 *dicant insultatores mei: ubi est Deus tuus?*, in ps. 74, 3 al. (C p. 12).

intellector: Cassiod. in ps. 89, 12 *utriusque Testamenti intellector egregius* (C p. 24, n. 17).

†*intellectuare*: Aug. in ps. 118 serm. 18, 4 *intellectum dare homini, et quasi*, ut ita dicam, *intellectuare hominem* (A p. 43).

INTELLIGENTER: Cic. et Plin. ep. ss. ll., S. S. ps. 46, 8 ap. Aug. in ps. 46, 9 '*psallite intelligenter*' (Vulg. sapienter), Aug. saep., ut Retr. II, 57 *quod indicare poterit, quisquis intelligenter legit*, c. adu. Leg. et Proph. I, 41 *non insipienter, sed intelligenter ei dicitur..*, adu. Iud. 2, Ciu. Dei XVI, 2 al.

intelligibiliter: Rufin. Orig. π. ἀρχ. I, 1, 7 (mens) *intelligibiliter mouetur* (C p. 11*).

INTENSIO: Scrib. Ambr. in ps. 118 serm. 22, 23 (praecepta medicinae) *ab omni intensione meditationis abducunt*. Cf. A p. 23 ad u. distensio.

INTENTATIO: propr. Sen., trnsl. Tert. (criminum al.), Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 14 *cur mortis intentatione quaterentur qui nesciebant, quid incommodi afferret interitus?*, et ib. sup. *quos intentatio periculi territabat.*

*INTENTIO (sc. uoluntatis, consilium, Absicht: l'intention): Dig., ut Papinian. XXXI, 77, 26 («nur b. ICti» Gg.), Aug. nuptt. et concup. I, 1 *intentio huius libri haec est, ut.. carnalis concupiscentiae malum.. discernamus a bonitate nuptiarum*, c. Iul. IV, 1 *haec est et esse debet piorum coniugum inten-*

tio, ut regenerationi generatio praeponatur, c. sec. resp. Iul. IV, 116 *ac per hoc.. docere intenderas, in natura non esse peccatum: uanam ergo fuisse intentionem tuam.., si non es nimium uanus, intelligis*, ib. 123 *posuit ex isto libro, quae intentioni suae credidit conuenire*, et saep. ita, Iul. ap. Aug. op. cit. IV, 119 *neque enim iram cunctatio breuis, sed pertinax meretur intentio*, 106 *o intentionem nefandam*, al.

INTENTVS, us: Cic., App., trnsl. Pompei comm. p. 144 Keil *aut intentu loquentis aut per usurpationem fieri deriuatiua.*

INTERCEPTIO: Cic., Cassiod. in ps. 49, 20 *qui.. interceptiones, quibus innocens capiatur, excogitat.*

INTERCLVSIO: Cic. (animae), Th. Prisc. II, chr. 1 *uocis*, al. (= parenthesis) Quint.

interdictor: [Fulg.] serm. 62 *factus est spectator plangentium, interdictor portantium, consolator lacrimarum* (C p. 11*).

interminatio: Cassiod. (Epiph.) hist. trip. IV, 16 (epistolam.. ironia maxime plenam,) *non sine interminationis qualitate confectam* al. (C p. 11*).

INTERSISTERE: Quint. saep., Aug. quaestt. 80, 1 *ita Verbum uolunt carni esse copulatum, ut nulla ibi.. anima humana intersistat.*

INTOLERABILITER: Col., Fulg. Rusp. Ad Monim. III, 1 *legi Dei intolerabiliter inimica*, Myth. Vat. I.

† *in-uertibilis:* Aug. lib. arb. II, 24 *rationem ueritatemque numerorum et ad sensus corporis non pertinere, et inuertibilem sinceramque consistere* (C p. 11*).

INVESTIGATIO: Cic., Iulian. ap. Aug. c. Iul. V, 15

eorum uanitatem, qui putant naturalem profunditatem posse inuestigatione aliqua comprehendi.

INVINCIBILIS: App., Tert., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. II, 12 *ut inuincibilis cluat*, Cassiod. in ps. 135, 12.

inuisibilitas: Aug. c. Maximin. I, 13 *omnipotentis Dei* al. (C p. 11*).

INVITATVS, u: Cic. ep. (inuitatu tuo), it. Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. I, 94.

INVVLNERATVS: Cic. s., Aug. in ps. 33 serm. 2, 3 *salus ista inuulnerata et incorrupta persistit.*

† *irremediabiliter:* Rufin. Orig. π. ἀρχ. I, 6, 2 *non irremediabiliter moti*.. *ordinibus* (C p. 11*).

IVNCTIO: Cic. (?), Ven. Misc. VIII, 7, 29 *noua iunctio facta salutis.*

IVRATIO: Tert., Aug. mendac. 8 *hic* (Matth. 5, 34) *omnis iuratio circumcisa est*, serm. 308, quu. in Hept. I, 55 al., intpr. Iren., Macr., Isid. Sent. II, 31, 1.

LABORATIO: Fronto, Adaman. u. Col. I, 1 *ieiunationum* ... *indefessus laborationibus*, III, 13.

LAETABVNDVS: Gell., Hier. ep. 123, 11 al., Vulg., M. Cap., Alberic. serm. in Scholast. p. 947 t. 66 Migne *laetabunda cum ipso ad nuptiales epulas introiuit*, alii.

LAETAMEN: q. laetitia Adaman. u. Col. III, 26 *ne illius laetaminis causam nec et tristificationis a me nunc inquiratis manifestari*, ib. inf.; spec. q. fimus uel quaecunque res laetificat segetes Plin., Pall.

LAETATIO: Caes., Adaman. u. Col. II, 20 *plangor in laetationem conuertitur*, 30, III, 27, id. locc. sanct. I, 10.

LANVGINOSVS: Plin., Dynamid. II, 46 *tertium genus* (iusquiami) *magis lanuginosum.*

LAPSARE: Stat. (lapsare), Flor. (lapsaret), Ven. Misc. VIII, 7, 193 *ne sarcina lapset;* part. lapsans Verg. all.

LATOR: legis, rogationis Cic. Liu., artis Gramm.; al. Aug. ep. 45, 2 *per latorem huius epistolae*, [Fulg.] serm. 38 *angeli erant baiuli et delectabiles latores.*

LAVDATIVVS: Quint., Cassiod. in ps. 40, 14 *laudatiua conclusio*, Victorin. in Cic. inu.

LECTIVNCVLA: Cic. ep., Aug. ep. 121 (Paulini), 1 *qui .. in hora lectiunculae huius circa te steterint.*

letaliter: ad I s. u. subind. Aug. c. Iulian. II, 10, 33 *non letaliter, sed uenialiter*, al., «intpr. Iren.»

lēuigatio: ad I s. u. add. Iul. Val. III, 22.

LOCALITER: Tert., Amm., Aug. immort. anim. 24 *si .. corpori anima tamen non localiter iungitur*, genes. ad lit. VIII, 21, 40 *temporaliter et l...* al., Cassiod. Var., id. in ps. 60, 3 *nec l. defendit, sed per totum mundum famulos suos custodit*, Fulg. Ad Monim. II, 6 *nec Filii nec Spiritus sancti missionem l. factam quisquam debet Christianus accipere*, ib. inf., III, 7 et saep., Isid. eccl. off. II, 23, 2 *l. ab inuicem discedentes.*

longanimis: Hier. Orig. in Ierem. h. 11 p. 850, Oros. c. Pelag. p. 606 *propter longanimem sui aeternamque clementiam* (C p. 12*); adu. longanimiter Aug. serm. in circumcis. p. 1138 D t. 47 Migne (ib.); — longanimitas S. S. uers. uet. et Vulg. aliq., Aug. quant. anim. 30 *solemus eam quam Graeci μακροθυμίαν uocant longanimitatem interpretari*, c. Iul. V, 4, 14, Cassiod. (Epiph.) hist. tripart.

LONGIVSCVLVS: Cic., Aug. Conf. XI, 27, 36 *si uoluerit aliquis edere longiusculam uocem.*

† *lubricatio:* Cassiod. in ps. 120, 3 *hos pedes* (i. e. cogitationes suas).. *ad animam suam loquens optat propheta ne peccatorum lubricatione uertantur* (B col. 210).

LVCRIFICARE: Tert., Aug. de catechiz. 10 *ut infirmos lucrificaret.*

LVDICRE: Enn. ap. Non., App. s., Aug. de bapt. VII, 53, 102 *ubi.. totum ludicre et mimice et ioculariter ageretur.*

LVDIFICATIO: Cic. s., Liu., Aug. Ciu. D. VI, 7, 2 *humanarum mentium* al., Ennod. ep. IX, 31.

MACERATIO: Vitr., Arn., transl. Aug. (?) ad fratrr. erem. serm. 48 *ieiuniis et macerationibus.*

MALEDICTOR: P. Diac. ('maledictores dicebantur ab antiquis, qui nunc maledici', — ¿an: maledici... qui nunc maledictores), Aug. in ps. 57, 11 *maledictorem gentis nostrae*, Ennod. Carm. I, 6 prol.; — maledictio Cic., Arn., Aug. in ps. 108, 22 'opera, quibus aeterna m. comparatur', ib 30, Hier. (?) in ps. 118, Vulg.

malefactio: Dynam. II, 15 *contra stomachum nauseantem et tremorem, malefactionem, uertigines capitis* (A p. 51).

malefactor: ad I s. u. subind. S. S. Vulg. 1 Petr. (Rönsch p. 57), Eu. Ioann. 18, 30 et al.

MALLEATOR: Mart., Hier. Orig. in Ierem. hom. 3, 1 *quotiescunque in tentationem incideris, scito malleum diabolum esse, et malleatorem eum, per quem te zabulus insequitur*, et aliq. ib., Vulg., inscr.

MANABILIS: Lucr., Cassiod. in ps. 135, 17 *ut, qui sunt propria siccitate steriles, reddantur diuina largitate manabiles.*

manatio: ad I s. u. subind. Aug. ep. 109 (Seueri Mileuitani), 1 *horum me manationi.. subiicio*, Aug. ipse in ps. 77, 25.

MANCIPATVS, us (mancipare): Plin., Aug. in Ioann. tract. 8, 4 *eruit eam de mancipatu diaboli;* — mancipatus, us denom. (manceps) C. Theod.

MANIFESTATOR: Non., Acr. ad Hor. (add. Gg.), Oros. contra Pelag. p. 588 Hauerc. *perfidiae manifestator alienae*, Aug. c. Petil. II, 14, 33.

MANSITARE: Plin. Tac., Solin. 1, 18 *ibi Romulus mansitauit*, Lucif. pro Athan. I p. 831 t. 13 M., Hier. ep. 52, 5 *ne sub eodem tecto mansites*, Laurent. hom. 1 *in domo publicani mansitare.*

mansuetare: Oros. c. Pelag. p. 596 *inuicem elementa rixantia mansuetasse* (C p. 12*).

†*mediolum:* Anthim. 36 *mediola ouorum.. plus congrua sunt corporibus* (quam albumina), 35 (A p. 53).

MEDIOXIMVS: Plaut. (et de diis medioximis App., Seru., M. Cap.), Claud. Mam. an. III, 12 ex. *nunc medioximum quiddam naturae incorporeae, sed creatae sortita* (anima) *nec Deus est.. nec corpus*, Sid. ep. IX, 3 *inter spiritales regulas uel forenses medioximum quiddam* (P. Diac. p. 123: medioximum mediocre).

MILLENI: Scaeu. Dig., Gai.; Lampr. et Amm. (HA p. 89), Vulg. (Ott Zur lat. Lexicogr. II, p. 9), Aug. c. Faust. Manich. XXXII, 4 *millenis et centenis uolutari cum scortis*, id. quu. in Heptat. IV, 1 χιλιάρχους *appellauit constituendos super millenos*

homines, et ib. aliq., Nou. Val., Prisc., «Sedul. (II, 273)»; sing. Cassiod. Var. II, 37.

ministratio: ad I s. u. subind. Aug. c. aduers. Leg. et Proph. II, 24 al., Cassiod. (Epiph.) hist. trip. VII, 11 *ipso experimento gratiae ministrationes edocti sumus.*

†*ministratus*, u: Petr. Chrysol. serm. 166 *solito ministratu* (B col. 211).

miseranter: ad I s. u. add. Ven. Fort. uit. Germ. 24.

miserator: Hier. Orig. in Ezech. hom. 6, 6 al, Aug. ep. 69, 1 al., Cassiod. in ps. 144, 8 et saep. (C p. 13*).

MITIGATIO: Cic. et auct. ad Her., Aug. Conf. XII, 25, 34 *plue mihi mitigationes in cor, ut patienter tales feram qui*.., C. Aur. tard. II, 3, 67 *doloris* et saep.

MONELA: Tert., Lucif. pro Athan. II p. 889 t. 13 Migne.

MOTARE: Verg., Iul. Val. (add. Gg.), Aug. de ord. I, 24 *motato capite abscessit;* — motatio et motator Tert., motabilis Vulg.

*MOTVS de rebus turbidis iam antt. (motus ciuium, seruilis, orbis: Georges Lex. s. u. I, BB, 2), sed noue recc. non iam de interioribus turbis, h. e. quae intra id quod, ut ita loquar, totius prolocutionis est subiectum (puta rempublicam, mundum) agitantur, sed de iis quae extrinsecus ingruunt ac mouent, ueluti bellum externum reipublicae, de qua agitur, illatum uel intentatum: ita saepe scrr. hist. Aug. (maxime Vopisc.), ut Spart. Hadr. 12, 7 *motus Maurorum compressit*, Cap. Pert. 2, 10 *Cassiano motu composito*, Vop. Aur. 19, 2 *quotiescunque grauior aliquis exstitit motus* (i. e. bellum), *eos* (libros

Sibyllinos) *semper inspectos*, id. Tac. 3, 5 *si nihil de Persicis motibus nuntiatur*, id. Prob. 1, 16 et 18, 4, Aur. 21, 2 al. (contra magis ad priorum consuetudinem Cap. Maximin. 5, 4 'militarem motum timebat', Vop. Car. 1, 2), Ampel. 46, 2 *causa motus* (h. e. belli Punici primi) *praetendebatur duplex* (pro motus insolite motio Iun. Philos. tot. orb. descr. 37: motione populi facta.. occiditur).

MVLCEDO: Gell., Iul. Val. II, 21 *ad mulcedinem aurium*, Ps. Cypr. sing. cler. 10, Sid.

multiloquax: ad I s. u. add. [Hilar.] intpr. anon. in Iob III p. 208 *spiritus multiloquax* (Iob 8, 2), gl.

† *munerator:* Aug. serm. a Mai. rep. 3 in. *nuptiae, in quibus Christus et munerator et conuiua discubuit* (C p. 13*).

MVRRATVS: Fest., Sid., Ven. Misc. XI, 1 *uino myrrhato.*

MVTABILITER: Varr., Fulg. Rusp. c. serm. Fastidiosi 8 *quae in tempore mutabiliter fiunt*, Cassiod. in ps. 118, 106, «Mar. Merc.» (De-Vit).

NAVICELLA: Marcian. (sec. III in.) Dig., [Fulg.] serm. 21 *post nauicellam postulas thronum*, Fulg. serm. ant.

NAVIFRAGVS: Verg. Ouid. et Stat. ss. ll., Ennod. u. Epiph. p. 413 *quid uelut nauifragos* (γρ. nauis fragos) *scopulos perhorrescis?*, Fulg. M.

NEGLECTIO: Cic., Fulg. Rusp. remiss. peccat. I, 6 ex.

NIGRITVDO: Plin., Aug. in ps. 91, 11 *peccatorum.*

NOMINATOR: Vlp., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. IV, 4 *nominatorem feminae* (h. e. Adam uxori nomen imponentem) al., Codd. Theod. et Iust.

nominatus adi.: Aug. Ciu. D. XVI, 2 *quid nominatius Christo..?*, Cassiod. (Epiph.) h. trip. IX, 4 *ea tempestate Theodosius tam propter parentum nobilitatem*

quam pro fortitudine propria nominatissimus habebatur al., Reg. Bened. 9 *a nominatissimis doctoribus orthodoxis et catholicis* (A p. 55 et 21*); — synon. opinatus Rufin. (C p. 14), Fab. Cl. Gord. Fulg. aet. mund. XI, p. 141 *ut nomine tantum opinatus exsisteret* (Mucius), *membrorum facta est turpata ruina*, Cassiod. Var. X, 30.

nuncupatiuus [5]: Fulg. Rusp. Ad Trasim. I, 6 *ut.. consequenter non nuncupatiui, sed naturalis nominis ueritas probaretur* (C p. 13*).

OBIECTATIO: Caes., Ennod. ep. IX, 30 *nec fortitudo qualibet obiectatione confringi* (potest).

OBLATOR: Tert., Ambr. (Gg.), Fulg. Rusp. Ad Trasimund. I, 12 *unus idemque et oblator muneris et munus factus est oblatoris*, Ennod.

OBLIQVITAS: Plin., trnsl. Aug. c. Cresc. IV, 64 *epistolam, de qua fecisti sub eadem urbana obliquitate mentionem*, Prisc.

obsecundatio: Aug. ep. 22, 1 *pro tua praestantia et mea obsecundatione* (C p. 13*).

OBSERVATRIX: Tert., Ps.-Soran. quu. medic. 14 *medicinalis ars est obseruatrix naturae.*

OBTEMPERANTER: M. Aur. ap. Front., Aug. Ciu. D. XVI, 25 (Abraham utentem).. *coniuge temperanter, ancilla obtemperanter* (h. e. ita ut in eo ipso nil nisi coniugi suae iubenti obtemperaret), *nulla intemperanter*, id. c. sec. resp. Iul. I, 70, Prud.

OBTEMPERATIO: Cic., Aug. mus. I, 7 *uolo mihi dicas, utrum corpori tribuendum sit, id est obtemperationi*

---

5) Adiectiua recc. in -iuus inueni 319 (hinc corr. A p. 19* add. ad ann. 21).

cuidam corporis, si quid isti homines (sc. musici) *imitatione faciunt.*

OBVERBERARE: App., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. II, 1 *si.. uel nullo imperitorum obuerberaremur tumultu.*

OLEOSVS: Plin., Cassiod. Var. XII, 14 *oleoso ac suaui liquore.*

† OMNIMODE: Fronto ad M. Caes. I, 8, Rufin. Orig. π. ἀρχῶν I, 6, 3 *si omnimode neque in his, quae uidentur.., neque in his, quae non uidentur.., penitus pars ista ab illa discrepabit*, ib. inf., [Hilar.] intpr. anon. in Iob II p. 139 *omnimode deiectum atque confusum*, ib. p. 183, Chalcid. (A p. 57; adi. etiam Aug. de ord. I, 21 'tales omnimodi amores', de nat. boni I, 18 'per omnimodam speciei priuationem', al., «Vulg. Is. 66, 11»).

OPIFICIVM: Varr., Aug. c. sec. resp. Iul. III, 154 *cui posteritati non negat Deus bonus opificium bonum* al., Gelas. pap. tract.

oppressor: ad I s. u. subind. Aug. Ciu. D. XVI, 4 al.

OPTABILITER: Aug. Trinit. XIII, 1, 3, compar. Val. Max.

*ORATOR q. precator: Plaut., sim., nisi quod mente christiana, Aug. doctr. christ. IV, 15 *orando pro se ac pro illis, quos est allocuturus, sit orator ante quam dictor*, «Salu. ep. 8».

originarius: Ennod. uita Epiph. p. 398 *uides uniuersa Italiae loca originariis uiduata cultoribus*, id. dict. 4 al., Gelas. ep. (C p. 14*).

PACIFICE: Cypr., Aug. ep. 33, 6 *omnia pacifice conferendo*, 88, 7 al., Vulg.

PAPILIO q. tentorium: Tert., scrr. hist. Aug. et Veg. m. (HA p. 23), Aug. Locut. in Heptat. I (ad Gen.

30, 37) *tentoria, quos etiam papiliones uocant*, Greg. Hist. Franc. IV, 45 *ibique papiliones extendit*, Isid. Or.

parentela[6]: Cassiod. Var. VIII, 1 *in parentelae locum noster iam transire debet affectus*, Adaman. u. Col. II, 27, «Actt. SS. Firmi et Rust. n. 1» (C p. 14*).

PARIARE: Tert., Lamprid. (HA p. 27); al. (sc. debitum redditione) Vlp. Dig., [Fulg.] serm. 18 *numquid possunt pariare debitum patris.*

PARILITAS: Gell., App.; Tert. (Rönsch. p. 54), Aug. uer. relig. 40 *si modum parilitatis seruauerint* al., Cl. Mam. an. II, 5, 2, alii.

PARTICVLARIS: App. dogm. Plat. III, Th. Prisc. II, chr. 21 *omnes aegritudines particulares*, ibid. *nisi adiutoriis catholicis primo curentur, aliter particulares causae curari non poterunt*, Cod. Theod. XI, 5, 4 et C. Iust.

†*pasta* s.: Pl. Val. 'adipis pastae siue phasiani..' (A p. 59), Anthim. 22 *de fasianis et pastis, hoc est de anseribus quia pascuntur.*

PASTINATOR: Col., Aug. c. sec. resp. Iul. IV, 135 *uineae spirituales et domus non quandoque, morientibus pastinatoribus et aedificatoribus suis, possidebuntur ab aliis, sed ab ipsis sine fine uiuentibus.*

PASTORIVS: Ouid. (pellis, sacra), Flor. (populus), Calp. (uirtus), al. [Hilar.] intpr. anon. in Iob I p. 24 *asinae pastoriae quingentae* al.

---

6) Cf. supra ll. ss. incautela, monela (utrumque recc.), et cetera nomina huius figurae: acutela *r*(ecc.), assequela *r*, candela, captatela *r*, cautela, cicindela Plin., conductela *r*, corruptela, custodela, fouela *r*, fugela, incorruptela *r*, loquela, luela Lucr., mandatela *r*, nitela *r*, obsequela, peccatela *r*, protutela *r*, sequela *r*, suadela, sutela, turbelae, tutela.

patenter: ad I s. u. add. Cassiod. in ps. 106, 17 *quantum noceat ista desertio, patenter exponitur*, Pl. Val.

PECCANTIA: Tert., Adaman. uita Columb. I, 16 *peccantias confitetur suas.*

pecualis: Ennod. apol. pro synod. p. 325 *sic uos in stuporem pecualem peccati nebula.. oblimat*, Ven. Misc. X, 3 *cibos pecuales*, id. uita Mart. II, 146, Facund. (C p. 14*).

PECVLIOSVS: Plaut., Sidon. (Gg.), Cassiod. Var. VIII, 33 *Calabri peculiosi.*

**pecus* i. fetus humanus in utero materno iam animatus, nondum tamen maturus: Th. Prisc. III, 6, Cassiod. de anima 7 *medendi artifices quadragesimo die humanum atque mortale pecus animam dicunt accipere, cum se in utero matris coeperit commouere*, id. in ps. 57, 2 *peccatores tanquam abortiuos proiectos ab utero dicit ecclesiae, qui.. tanquam tenerae pecudis fatuata mollities non ad lucem uitalem, sed in perfidiae tenebras probantur abiecti* (A p. 61).

PELLACIA: Lucr., Arn., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. II, 98 *ne pellaciae magis quam constantiae crederetur.*

PENETRATIO: App. Flor., Aug. c. epist. Manich. 24, 26 *terra tenebrarum, quae terram lucis non modo uicinitate contingit, sed etiam penetratione dissulcat.*

PERARDVVS[7]: Cic., Cassiod. Inst. Diu. 27.

PERCOMMODVS: Liu., Veg. r. mil. I, 10 *et equites ipsosque equos.. ad natandum exercere percommodum est.*

---

7) Composita hunc in modum cum per- praepositione nomina adiectiua (uel participia), connumeratis etiam aduerbiis, si quae adiectiuis, quibus attribui possent tanquam quaedam eorum πτώσεις (ueluti perbene eius quod est perbonus), carere uidebantur, — inueni uett. c. 170 (p. A. 27), recc. 73.

PERCONTATOR: Plaut. et Hor. ss. ll., Aug. de ord. I, 11 *potest odiosus percontator pergere quaerere, quae causa erat, ut*.., al.

PERDVRVS: Papin. Dig., Aug. ep. 71 (ad Hieronym.), 4 *perdurum erit, si tua interpretatio per multas ecclesias frequentius coeperit lectitari, quod a graecis ecclesiis latinae ecclesiae dissonabunt.*

permansio: ad I s. u. add. Amm., Ambr. in ps. 1, 20, Aug. etiam mus. VI, 56 *siue regressione siue permansione*, c. sec. resp. Iul. V, 58 *de quibus* (angelis) *sine dubitatione credendum est, quod acceperint non posse peccare pro merito permansionis suae, quoniam steterunt, quando aliis cadentibus etiam ipsi peccare potuerunt*, ep. 82, 1 et saep.

permixte: ad I s. u. subind. Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 22 (Plato) *censuit permixte utendum feminis*, Ciu. D. II, 2 al. (cf. De-Vit).

PERMODICVS: Suet. bis, Vlp. Dig. s., Capit. Ver. (HA p. 106), Firm. math. praef. *mathesis permodica*.

PFRMOTIO: Cic., Aug. Ciu. D. IX, 4 *illam permotionem pati.*

PERNICIO: Garg. Mart., Dynam. II, 100 (oleum asphodelinum) *combusturis et pernicionibus prodest*, 108 al.

PERPALLIDVS: Cels., [Appul.] Polem. Physiogn. p. 121 Rose *guttulae perpallidae et aliae glaucae.*

PERPETRABILIS: Tert., [Appul.] Polem. Physiogn. p. 121 Rose *quidquid infandum cogitari uĕl non cogitari potest huiusmodi oculis perpetrabile est.*

PERPLEXIO: Ps. Porc. Latrŏ in Catil., intpr. Iren. (Rönsch p. 82), Rufin. Pamph. apol. pro Orig. p. 367 t. 24 Orig. ed. Lomm. (substantia uini atque

escae) *per omnes corporis eius compages ac membrorum perplexiones diffundebatur*, Boeth., Hist. trip.

PERRIDICVLE: Cic., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. II, 50 *tu perridicule ineptire uoluisti.*

PERSCRVTARE: Plaut., Rufin. Clem. Recogn. III, 45 *extimuit, ne forte.. perscrutaretur domus eius;* part. perscrutatus pass. Amm., Cassiod. in ps. 150 concl. *perscrutatus semper copiosior inuenitur.*

perseuerabilis: Ven. Fort. uita Leob. 15 *qui.. sine pompae ostentatione monachum se.. in suo proposito perseuerabilem demonstrabat* (C p. 14*).

*PERSONA concr : rar. uett. (ut Cic. ad Att. VIII, 12, 4: ecquae pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia, Suet. aliq.), sed freq. ICti (Dirksen s. u.), Capit. Ver. 4, 5, Firm. math. V, 1 *cum potentioribus personis habebit non modica certamina* al., Sidon. ep. II, 2 *ita ut tot possit recipere sellas, quot solii sigma personas*, ib. ep. 7 *singulas quasque personas id ipsum efflagitantes*, IV, 24 *talis persona, quae uelit medium relaxare, cum totum possit exigere*, 25 *fecit.., quod satis decuit facere personam, quae caput est ciuitati nostrae per sacerdotium, prouinciae uero uestrae per ciuitatem*, V, 17 *nullus sermo qui proderet, nulla persona quae proderetur*, VII, 5 aliq., VIII, 14, IX, 3, ib. 11, Salu. Gub. D. III, 84 *si maximum scelus minores uideantur agere personae*, IV, 100 *qui non, in quamcunque personam cupiditatis improbae calor traxerit, mentis sequatur insaniam*, et saep., Greg. Tur. hist. Franc. II, 7 *interea uidit duas personas se inuicem uenerabiliter salutantes*, IV, 13 *collectis uilibus personis .. eosdem tantummodo diligebat*, alii postt. Non de-

sunt tamen apud sec. V scriptores exempla metonymiae magis aliquanto intra modum antiquioris usus se continentis, ut Sid. ep. III, 13 'elegans homo .. cuiusque sit spectabilis persona uisentibus', et sim. II, 8, III, 3 et 4, V, 19, VI, 11, VII, 14, 18, VIII, 6 et 11, Salu. ep. 9 'ne auctoritatem scriptis personae suae paruitas derogaret' (ICti quoque utroque modo, e. c. serui et ceterae personae Gai., quae personam eius — sc. serui — attingunt Dig.). De deriuati hinc adiectiui PERSONALIS usu, quem et ab ICtis et a Gramm. frequentari constat, cf. praeterea Rustic. c. Aceph. p. 1193 *unitionem naturalem et non personalem, quia non modo una persona, sed et una ex duabus natura*, Cassiod. (Epiph.) hist. trip. XI, 3 *praeponens causis personalibus generalem utilitatem;* adu. PERSONALITER Gell., Arn., Ambr. (add. Gg.), Aug. in Ioann. tract. 30, 7 *non personaliter iudicare, sed rectum iudicium retinere*, Salu., Asper. Hinc est †personalitas Paul. Nol. (B col. 214), Petr. Chrysol. serm. 88 *ut insit in Patre et Filio et Spiritu sancto personalitas definita, non separata diuinitas.*

*PERSONARE c. acc.: haec Sil., classicum App., c. obi. transit. S. Ruf. breuiar. 29 *tua facta sunt personanda*, Prud. 'Christum personasse', Aug. in ps. 110, 1 s. f.

†*peruagatio:* Agapet. pap. I ep. 2 *quae in peruagatione reprehensibilia sunt, uitare* (C p. 14* et 28*).

PERVERSIO: in uerbis uel sententiis auct. ad Her., Tert., sim. Cassiod. in ps. 23, 6 *anastrophe id est peruersio;* al. (mentis) Aug. de diuers. quaestt. 36, 1 *cum* (homo) *seruit cupiditati peruersione miserabili.*

PERVESTIGATIO: Cic., Aug. ep. 102, 5 (cum omnis

natura rerum tam sit plena miraculis,) *ut non quasi facili peruestigatione rationis, sed uidendi consuetudine mira non sint*, id. Trin. II pr. *in tanti peruestigatione secreti.*

PERVNCTIO: Plin., Th. Prisc. II, chr. 21 *uel fricatione uel perunctione*, C. Aur. freq.

pestilentiosus: ad I s. u. subind. Aug. lib. arb. III, 74 *perniciosarum consuetudinum pestilentiosa dulcedine*, nuptt. et concup. II, 29, 50 *Manichaei pestilentiosa doctrina*, et add. Ps.-Soran. quū. med. 107 *aegritudo* al. Barnab., ep.

PIGNERATOR: Cic., Aug. quu. in Heptat. V, 41 *ut non intret pignerator in domum, nȩ fiat perturbatio debitori.*

pisare: ad I s. u. add. Comp. Vitr. 30 *pisando*, Dynam. I, 57 *si.. cum axungia pises et misceas.*

PLACABILITER: Gell., Cassiod. Var. VI, 17 (necesse habet a turbatis exquirere,) *quod nobis possit placabiliter intimare*, X, 33.

placatio: ad I s. u. subind. Aug. Ciu. D. II, 27 *numinum*, et (post P. Chrys.) Ennod. dict. 19 ex.

plantarium: ad I s. u. add. Aug. Conf. VII, 3, 5 *quis inseruit mihi plantarium amaritudinis?*, Vulg. Dan.

poenaliter: Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 27 *quod irrogauit ille poenaliter*, Cl. Mam. an. I, 23 (C p. 15*).

POLLICITATOR: Tert., Aug. morr. Manich. 17, 55 *a uobis, magnis omnino pollicitatoribus rationis ac ueritatis, quaeram primum, quid..*, c. epist. Manich. 32, 35, al., inscr. Afr..

POSSESSIVNCVLA: Cic. ep., Hier. in Sophon. ad 3 *possessiunculas Ecclesiae.. uertentes in lucrum suum.*

POSTVLATOR: Suet., [Fulg.] serm. 10 *adsum ego donorum largitor, et tu dormis negligens postulator.*

POTESTATIVVS: Tert., Cod. Iust. (Rönsch. p. 131), Montani (sec. VI in.) ep. 1, 3 *contra ius fasque potestatiuo elatus cothurno* (¿an: potestatis sublatus, nam γρ. potestatisuelatus). Cf. B ad u. caritatiue.

POTIONARE: Suet. (part. perf.), Garg. Mart. cur. boum p. 31 ed. Luneb. *potionabis iumenta* al., S. S. uers. ant. (Rönsch p. 157), Hier., Veg. uet.

PRAECIPITANTER: Lucr., Cassiod. an. praef. *petii ut.. nec praecipitanter quaererent, quod plenum difficultatis imperarent*, Inst. Diu. 15 *ne iuste arguamini, si praecipitanter alios emendare tentetis*, De miracc. S. Steph. II, 5, 1, «Rufin.» (De-Vit).

PRAECVRSORIVS: Plin. ep., Amm. (XXIII, 6, 35, XXXI, 3, 6 al.), Aug. c. Petil. III, c. 56 *lauacri praecursorium sacramentum* al., Cassiod. Var. III, 51 *Luciferi praecursorias uelocitates* al.

praedicabilis: ad I s. u. subind. Treb. Poll. (HA p. 45*), [Hilar.] anon. in Iob III p. 205 *nihil est ita praedicabile, sicuti magni hominis ruina*, Sulp. Seu. ep. dub. 6, 4 *domine praedicabilis frater*, et adiic. Cassiod. in ps. 56, 11 *praedicabili Dominum actione laudare*, id. Var. I, 6, X, 19 al.

praedicamentum: Iul. ap. Aug. (s. u. subalternus), al. (q. praefiguratio) Aug. c. Faust. XX, 18 (C p. 15*).

praeexsistentia: Rustic. c. Aceph. p. 1189 (dogma Origenis) *de praeexsistentia, quod sancti patres.. sub anathemate damnauerunt* (B col. 215).

PRAEFLORERE: Plin., Hier. in ps. 29 *Domini gloriam, quae matutina eius resurrectione praefloruit.*

PRAEFORMATIO: Hilar., Rufin. Orig. π. ἀρχ. II, 11, 4

per adumbrationem i. e. futurae formae lineamentis ante designatis praeformatio ad suscipiendos ueros colores iam paratior inuenitur.

PRAEGRESSIO: Cic., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. II, 36 *reliquum uulgus .. mutua praegressione decipitur, ac .. totum putat coniungi posse rebus, quod uiderit uocibus esse sociatum.*

*PRAEIVDICARE c. dat. q. obesse: ICti (Vlp. Paul. all.), Tert., Ambr. (add. Gg.), Aug. c. sec. resp. Iul. II, 49 al., Fulg. Rusp. c. Fastidios. 14 *non praeiudicat catholicae fidei, quod ..*, ep. 7, 8 *an forsitan temporum cuiquam potest praeiudicare longaeuitas, ut, sicut peracto tricennali spatio nullus sinitur legibus humanis ablata repetere, sic legibus diuinis post longa peccandi spatia non liceat indulgentiam postulare?* al.

PRAELVCIDVS: Plin., Cassiod. Var. VI, 14 *iam erit de uestra claritate praelucidus.*

praenuntiatio: Aug. fid. et opp. 27, 49 *per has similitudines et praenuntiationes*, c. Adim. 16, 3 al. (C p. 15*).

PRAEOCCVPATIO: Nep. (locorum), Aug. de peccat. merit. II, 2 *huius quaestionis* (h. e. sitne homini arbitrium liberum) *solutio de hominis uita sine ulla subreptione uel praeoccupatione peccati .. maxime necessaria est;* t. t. rhet. Aug. quu. in Heptat. II, 103 *per prolepsin, hoc est per praeoccupationem* al., Cassiod. in ps. 19, 1, in 21, 12; t. t. medic. (= emphragma) Veg. uet.

PRAEPEDIMENTVM[8]: Plaut., Cl. Mam. ep. ad Sid. (inter Sid. epp. IV, 2), Sid. ep. VII, 8.

---

8) Cf. sup. blanditer, concipilare, dispudet, fringultire, medioximus ,

**praerogare*: Fulg. Rusp. serm. 2, 5 *agnoscite, quid Deus hominibus dignatus est praerogare* (C p. 15*).

PRAESAGITIO: Cic., Cassiod. Var. XII, 19 *imminentia bona quadam animi praesagitione dignoscimus.*

praesentialiter: Aug. (?) ad fratrr. in eremo serm. 5 *si in his diebus.. praesentialiter uobiscum non fui*, Ven. uita Amant. 9 *uenit.. quasi innocentiam suam praesentialiter monstraturus*, id. u. Leob. 5 et 23 (B col. 215).

praesignare: ad I s. u. subind. Aug. in Ioann. tract. 25, 5 *nauicula illa ecclesiam praesignabat*, id. de catechiz. 3, 6 al., Cassian. Coen. Inst. II, 9, Max. Taur., Rufin.

PRAESVMPTVOSE: Hier. in ps. 55 *qui non timet* (diuinitatem), *pr. agit*, Sid.

†*PRAESVMPTVS adi.: Coripp. (Ioh. IV, 904 praesumptior), Drac. c. V (Duhn), 91 *quando fugax praesumptus erit uel debilis audax?*

PRAETERITIO: Aug. Conf. XI, 27, 35 (longam — syllabam — num praesentem metior, quando nisi finitam non metior?) *eius autem finitio praeteritio est*, id. gen. ad lit. II, 14, 28 *per temporis praeteritio-*

---

et alia praeterea apud Claudianum Mamertum obsoleta uel certe uetustiora, ut oppido (Quint.: 'oppido' quidem usi sunt paulum tempore nostro superiores, uereor ut iam nos ferat quisquam) I, 1 *oppido studiose*, II, 3, 1 *oppido obscure dissertans*, III, 8. 1 *oppido patefaciet*, II, 7, 5 et saep. (Appul. saep., Vulg. Gen., Sid. ep. II, 10 al.), — creper II, 11, labascere I, 3, II, 3, 6 *ne istiusmodi rationibus sententia tibi placita labascat*, medullitus III, 10, 1 (App. ter, Amm. bis, Sid. ep. VIII, 7), opprobrare I, 3 *quem nobis opprobrandum rere*, quaesunt III, 13, opulens III, 13 (negotium), impraesentiarum ib., alia, — quibus comprobatur, quod Sidon. Apollin., amicus Mamerti, illius de eloquio dicens sententiam ep. IV, 3 ait: noua ibi uerba, quia uetusta.

nem et aduentum, C. Iust.; t. t. rhet. παράλειψις Aquila, anon. schem. dian. p. 74 Halm, M. Cap.

praeualescere: ad I s. u. subind. Aug. Ciu. D. II, 21, 4, XXII, 8, 12, Possid. uita Aug. 18 *praeualescente aduersus illum errorem rectae fidei ueritate.*

PRAEVALIDE: Plin., Coripp. Iohann. II, 151 *praeualide pugnat eques.*

PRECATVS, us: Stat., Amm., Claud. Mamert. epist. ad Sid. IV, 2 (inter Sid. epp.) *cum precatu*, Sidon. saep., ut VI, 1 *precatu tuo*, III, 3 *nostratium precatibus*, IX, 3 (idem — post alios — oratus: VI, 7 uestro oratu, I, 11).

principari: Hier. in Eph. III ad 6, 12 *suo mundo et suis tenebris .. principantur* (daemones), cf. C p. 16*.

PRIVATIO: Cic. bis, Gell., Aug. de gen. ad lit. lib. imperf. 5, 25 *priuationes lucis uocum specierum* al.

*PRIVILEGIVM: transl. (q. ius praecipuum) pA, scrr. hist. Aug. (HA p. 108), ICti, Pacat. (HA l. l.), Sid. ep. VIII, 6 *uir ortu clarissimus, priuilegio spectabilis;* figurate Cl. Mam. an. II, 7, 2 *scientiae priuilegium sibi uindicant*, 10, 1 *praetento scientiae priuilegio.*

PROBABILITAS: Cic. aliq., al. Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. III, 163 *probabilitate et ea mediocritate laudum quae naturis debetur etiam in nascentibus quibusque seruata.*

PROCLIVITAS: B. Afr., trnsl. Cic. 'haec.. nominetur .. procliuitas', [Fulg.] serm. 53 *Elisabeth infecundae comparis iam in summum senium dierum procliuitate uergentis.*

PROCREATIO: abstr. Cic., Hier. ep. 54, 9 *ob liberorum procreationem*, Firm. m., Aug. in Hept. III, 82 al.;

concr. Vitr., Aug. serm. 4 Mai. *ut procreationes suas non perdat terra*, Boeth. diuis. p. 878 Migne *genus non in significationes, sed in quasdam a se quodammodo procreationes disiungitur.*

PRODIGIALITER: Hor. et Col. ss. ll., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. III, 29 *peperisse*, Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 19 *prodigialiter et nimium deformiter dici.*

**prolatio:* ad I s. u. ind. Aug. gen. ad lit. IV, 22, 39 *sententiae*, et sim. al.

PROMINENTIA: Vitr., C. Aur. acut. III, 1, 3 (oculorum) al., concr. Sol., Auien. ora mar. 159, 171.

promissio: ad I s. u. add. saepe Aug., ut Ciu. D. XVI, 16, quu. in Hept. II, 47.., et alii eccl.

PROMVLGATIO: Cic., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. III, 43, Oros. c. Pelag. p. 599, Cassiod. (Epiph.) hist. tripart. VII, 18 *quoniam promulgationem fidei Ariminensis anathematizauerat*, Ennod. ep. V, 27, IX, 33 al. (promulgator — cf. I s. u. — etiam Aug. in ps. 50, 8 *Moyses minister legis, Christus promulgator legis*, Ennod. ep. VII, 12).

PRONVNTIATOR: Cic., Fronto, Aug. serm. mont. II, 2 *sunt hypocritae simulatores, tanquam pronuntiatores personarum alienarum, sicut in theatricis fabulis*, ep. 101, 3 *in quibusdam* (numeris) *etiam silentiorum dimensa interualla miscentur, quae omnino sentiri nequeunt, nisi auditorem pronuntiator informet* al., Cassiod. (Epiph.) hist. trip. IX, 38 *lectores et psalmi pronuntiatores.*

PROOEMIARI: Plin. ep., Aug. ep. 117 (Dioscori) *prooemiari apud te non solum superfluum, sed etiam molestum, qui rem, non uerba desideras*, Sid., Iul. Vict.

PROPAGINARE: Tert., [Fulg.] serm. 46 *propaginata uitis a patibulo, a sepulcro ad coelum texit montes umbra eius*, Isid.

PROPENDVLVS: App., Aug. anim. orig. IV, 20, 32 *mammas protumidas et propendulas.*

PROPERATIO: M. et Q. Cic. epp. ss. ll., Sall. fragm. susp., Amm. s., Ambr. Off. ministr. I, 18, 74, Dict. Ephem. I, 5, Ennod. ep. V, 25 *Mediolanum cum summa properatione commeauit*, VII, 28 (cf. De-Vit).

PROPITIABILIS: Enn., Tert. «ieiun. 15», Prud., Aug. (?) Specul. 33 *propitiabili dignatione accipe tantillum sacrificium fidei meae.*

PROPRIETARIVS: s. Paul. Vlp. Pomp. Dig., adi. Cassiod. Var. VII, 44 *desideranti tibi illum locum proprietario iure concedimus.*

proteruia: Cassiod. Var. III, 27 *ut de se magis sumat poenas proteruia, dum cohibetur innoxia* (C p. 17*).

PROTVMIDVS: App., Aug. anim. orig. IV, 20, 32 (s. u. propendulus).

PROVISOR: Hor. et Tac. ss. ll., Hier. adu. Pelag. III, 10 *bonorum omnium*, Aug. Ciu. D. II, 20 *deliciarum suarum prouisoribus*, Mar. Merc. p. 206 Migne *cibi*, Cassiod. (Epiph.) hist. trip. IV, 10 *uniuersorum creatorem et prouisorem*, Vulg. Mach.; al. inscr. (cf. De-Vit).

†*pseudochristianus:* Aug. c. Faust. I, 3 *nos pseudochristianos cauemus, quod uos* (Manichaeos) *esse ostendimus* al. (A p. 69).

PVGIVNCVLVS: Cic., Aug. c. Iul. VI, 7, 17.

QVADRANGVLATVS: Tert., Vulg., Adam. locc. sanct. I, 5 *ecclesia*, 7 *structura*, II, 10 *ualli*, Aeth. Ister.

*QVIESCERE c. inf.: Plaut. (Holtze Syntax. prisc. scriptt.

lat. II, p. 44), Gell., Cassiod. (Epiph. (hist. tripart. X, 33 *ille praedicare nullatenus quiescebat*, XII, 2 *de cetero eum locum colere quieuerunt*.

QVINQVEPARTITVS (quinquepertitus): Cic. inuent. (et adu. quinquepertito Plin.), Aug. Ciu. D. VI, 3, Cassiod. in ps. 38 diuis. *per syllogismum quinquepartitum*, ib. ad u. 8 et 13, al.

racemari: ad I s. u. add. Aug. Ad Simplician. I, qu. 2, 20 ex. *in benedictione Domini sperans ex reliquiis Israel racematus populus impleuit torcular*, racemare «S. S. uers. uet.», (racematus adi. Plin.).

REBELLATIO: Val. Max. bis, Tac. s., Aug. c. Faust. Manich. XVI, 28 *qui Dei uestri requiem rebellatione gentis tenebrarum perhibetis excussam* al.

recessio: ad I s. u. add. Hier. in Matth. II ad 12, 26 *quod recessio daemonum obedientia sit in principem suum*, Aug. de fide et opp. 11, 17 *non sufficit professio recessionis a talibus*, id. in ps. 75, 14 *a uetere uita*, Secundin. Manich. ad Aug. 2.

RECLAMATIO: Cic. et App. ss. ll., Aug. in ps. 52, 2 *quod culpare iam per consuetudinem aut non audeat, aut, si ausus fuerit, facilius erumpat reprehensio et reclamatio eorum qui male uiuunt, quam uox libera eorum qui bene uiuunt*.

*RECOLERE (sc. animo) q. recordari: Ouid. (hoc tuanam recolo- quondam germana canebat), Vop. Tac. 6, 4, Ambr. bon. mort. 4, 15, Aug. gestt. Pelag. 11 *ubi, ut recolis, ipse non fui*, id. doctr. christ. II, 17 *ciuitatem nescio quam, non enim nomen recolo*, id. c. Petilian. II, 92, 204 *profecto reges quosdam bonos, quosdam autem malos .. sine ulla difficultate recoleres*, id. de ord. II, 35 *graece quomodo appel-*

letur (quam Varro literationem uocat), *non satis in praesentia recolo*, id. praedest. sanct. 9 *illud quod in opusculo meo quondam me dixisse recolitis*, id. de gen. ad lit. XII, 16 *sicut in libro IV itemque in VII disseruisse me recolo*, id. c. Faust. Manich. XXII, 18 *in ecclesiasticis literis nusquam misericordiam in uituperatione positam recolo*, id. ep. 19, 1 et 104, 3 al., [Fulg.] serm. 34 (qui est Augustini) *recolite, unde fit uinum*, Fulg. Rusp. Ad Monim. I, 2, Primas. in Apoc. V, ad c. 21 (I s. u.), Cassiod. Var. IX, 15 *recolatur et timeatur Simeonis iusta damnatio*, III, 3, Ennod. apol. synod. p. 335 *quae operi ipsorum recolimus inserta*, Ven. Misc. VIII, 6, 303 al., alii.

recreator: ad I s. u. add. Eumen., Aug. in ps. 65, 2, Aug. (?) ad frr. erem. s. 44 *reparatores orbis terrarum atque recreatores*, inscr.

REDVCTIO: Cic. et Vitr. («rariss.» Fr.), Aug. in ps. 70 serm. 2, 11 *duas reductiones nostras ab abyssis terrae, unam secundum spiritum in spe, alteram secundum corpus in re*, Boeth.

REFORMATOR: Plin. ep., Aug. corrept. et grat. 5, 7 *ut, cum deformem te uides, reformatorem desideres*, in Ioann. tract. 38, 8 al.

REFRIGERATORIVS: Plin., Garg. Mart. de oler. 26 *menta uirtutem habet refrigeratoriam*, Pelag. uet.; refrigeratorium subst. S. S. uers. uet. Num. 10, 32.

† *refrigeriosus* [9]): [Fulg.] serm. 60 *imponitur et ipse in refrigeriosum lectum craticulae*, — forma scribendi dubito an rectiore quam refrigerosus Ps. Aug. C p. 18.

---

9) Adiectiuorum in -osus exempla recc. congregaui 299 (c. 44% omnium; — cf. A n. 64 et Add. p. 21*).

REGEMERE: Stat. bis, Sid., Coripp. Iohann. II, 231 *susceptis regemunt obstantia telis scuta.*

REIECTATIO: Solin., reiactatio Ps.-Soran. quu. medic. 221 *cholerum.*

REINDVERE: Cassiod. (?) in Cant. 5, 3 *iterum reindui*, redindutus Tert.

relaxatio: ad I s. u. add. Theod. Prisc. III, 10 *constrictionis et relaxationis*, Cassiod. in ps. 6, 5 uindictae, Agapet. pap. I ep. 2 *cum sub nimia relaxatione absoluimus* (cf. De-Vit).

RELICTIO: Cic., Vitr., Iul. c. sec. resp. Iul. II, 152 *non tanti esse praeputium, ut aut iniustos eius relictio, aut iustos faciat eius ablatio*, Max. Taur.

RELIGIOSITAS: App. dogm. Plat., Vulg. Sirac., Tert. «ap. 25 et nat. II, 17», Zeno tr. II, 18, 1, Aug. Ciu. D. VII, 27, 2 *si saltem religiositati congruis significationibus ageretur*, [Hilar.] an. in Iob p. 22 *in omni bona religiositate*, p. 39 al., Max. Taur.

reluctatio: [Hilar.] anon. in Iob I, p. 7, Seueri ep. de conuers. Iudaeor. Minoricens. 17 (C p. 18*).

REMANSIO: Cic., Ambr. in ps. 118 serm. 16, 43, Off. ministr. I, 41, 205 *flere coepit non passionem illius sed suam remansionem.*

REMISSA (pro remissio): peccatorum Tert. Cypr., Aug. c. duas epp. Pelag. IV, 8, 23 *si etiam grauissimis delictoribus . . remissa peccatorum datur*, c. Iul. I, 3, 6, inc. quu. ex utroq. Test. 126 (Optat.: De-Vit).

RENISVS, u: Cels. s. (ex renisu), Aug. Ciu. D. XIV, 23, 2 al., Claud. Mam. an. I, 22, 2 *nullo renisu.*

REPERCVSSIO: Sen., Mar. Vict., Rufin. Recogn. VIII, 42 *repercussio splendoris solis in nubibus.*

REPVDIATOR: Tert., Aug. de bapt. VI, 44, 86 *cum contemptore et repudiatore suo.*

REPVLLVLARE: Plin., Aug. catechiz. rud. 19 *non cessauit repullulare malitia per superbiam et libidines,* S. S. Ps ap. Aug., Isid.

RESCVLPERE: Tert., Aug. uer. relig. 34 *qui resculpat suum spiritum* al., Prud., schol. Cic.

*RESVLTARE q. reniti: Plin. ep., Xist. pap., Cass. (Epiph.) hist. trip. VII, 33 *ut tanto imperatori pauci homines resultarent* al. Eodem modo resultatio Cassiod. Var. «II, 24», resultator id. in psalt.

RESVSCITATIO: Tert., Aug. uer. rel. 8, 14 *iudicii dies et corporum resuscitatio,* in Ioann. tract. 23, 15.

RETICVLATVS: Varr. Vitr. Plin., Rufin. Orig. in Cant. III p. 60 t. 15 Lomm. *quae fenestrae habeant aliquam partem operis, ut aiunt, reticulati.*

RETINNIRE: Cic. s., Cassiod. in ps. 117 s. f. *isti in fine eadem retinniunt, quae in capite sonuerunt.*

REVELATOR: Tert., «Aug. serm. 126 n. 9 ed. Mai.», Ps. Ambr. spirit. sanct. col. 1008 t. 17 Migne.

RORIFLVVS: poeta in Catal. Pith., Fab. Cl. Gord. Fulgent. aet. mundi X p. 139 *nulla Oceani semotior insula Atlantei marginis aestu roriflua fuit, quae non Alexandrum.. dominum timuit,* Aldhelm. Septen. col. 165 t. 89 Migne.

rotatio: ad I s. u. add. Cassiod. in ps. 22, 9 *figura epitrochasmos, id est dicti rotatio,* it. in 114, 1; — rotator Stat., Cassiod., [Fulg.] serm. 17 *rotator figulus;* rotatus Stat. Claud., Hier. in Zach. II, ad 10, 15 sq. *fundarum rotatibus,* «Iorn. Get. 11».

rubricatus: ad I s. u. add. [Fulg.] serm. 78 *Christi*

sanguine (sed plura De-Vit, et. rubricat Ven. Mart. II, 462).

SACRIFICATOR: Tert., Cassiod. (Epiph.) hist. tripart. VII, 11; — sacrificatrix inscr.

SAEVITVDO: Plaut. fragm., Iul. Val. III, 17 *nec minor etiam saeuitudine* (odontotyrannus belua) *egregie saeuientibus* (elephantis) al.

SANATIO: ad I s. u. add. Th. Prisc. etiam II, 8 et al., Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 8.

saniosus: ad I s. u. add. Coel. Aur. signif. diaet. pass. 138 *saniosis sputibus*, 151, tard. IV, 6, 84 al.

scissio: Hier. in Amos III, ad 6, 12 sqq. *domus Iudae .. non percutitur ruinis, sed scissionibus*, ib. inf. (C p. 19*). Cf. conscissio Aug. ep. 51, 3 al., discissio id. ep. 33, 2, 82, 8 al., rescissio id. c. Cresc. II, 8, Tert., ICti.

SCRVPVLOSITAS: Colum., Tert. et (ap. Gg.) Hieron. singulis locis, qui in lexx. citantur, add. Hier. in Zachar. II, ad 7, 1 sqq., Rufin. intpr. Orig. in Rom. comm. IX, 42, Gaudent. serm. 14, Cassiod. (Epiph.) hist. trip. I, 14 *onerosum credens singula sub scrupulositate conscribere, eo quod sciam .. studium uestrum talia non latere.*

SECVLARITER: Cypr. (Test. III, 36 lemm.), Aug. ep. 27, 5 *qui amicum non s. diligunt*, in Ioann. tract. 28, 5 *ueluti s. et terreno affectu monentes, ne esset ignobilis et latitaret.*

SEDATIO: Cic., Ambr. Off. ministr. I, 22, 98 *cogitationes tranquillitatem sedationis infundunt, et appetitus motum agendi excutit.*

segregatio: ad I s. u. add. Aug. et uer. relig. 6 *sine ulla conuenticulorum segregatione*, morr. eccl. I, 7, 12 al.

SELECTIO: Cic., Aug. Ciu. D. VII, 3, 2 *si insipientis iudicio multitudinis facta est deorum ista selectio.*

SEMINATOR: Cic., Lact. (add. Gg.), Iulian. ap. Aug. c. Iul. I, 9 *ibi* (in sensu hominis) *locauit inimicus ille seminator radicem mali.*

SEMPITERNE: Pacuu., Aug. de fide et symb. 5 *sempiterne Deus sapiens*, id. Trinit. V, c. 16 al., Cl. Mam. an.

sempiternitas: ad I s. u. add. Rufin. Clem. Recogn. I, 24, id. in Cant. III p. 33, Fulg. Rusp. Ad Trasim. I, 6 al.

sensibiliter: Cassiod. (Epiph.) hist. trip. VII, 11 *sensibiliter ac uisibiliter suam designare praesentiam* (C p. 19*).

SENSVALITAS: Tert., Aug. c. Faust. Manich. XV, 4.

SEPARABILIS: Cic., Aug. Trinit. V, 2, 5 *a quo nunquam est omnino separabilis.*

SEPARATOR: Tert., Hier. in Zachar. II, ad 9, 5 sqq. *separatorem Dominum intellige, qui frumentum a paleis separet*, id. ib. I, ad 4, 8 sqq., Aug. ep. 93, 42 *ipsam rem, quam* (Cyprianus) *contra impios separatores commemorauit, attende*, id. c. Petilian. II, 44, 103.

SEPOSITIO: Vlp. Dig., Veg. r. mil. II, 20 *sepositio ista pecuniae ipsis contubernalibus docetur accommoda.*

SIGNATE: Gell., Aug. Ciu. D. XIV, 8, 2 *quando proprie signateque hoc uerbum ponitur*, comp. Amm.

SIGNIFICABILIS: Varr., Aug. de magistro 8 *placetne appellemus significabilia ea quae signis significari possunt et signa non sunt?*, ib. inf. *illa uisibilia sunt, haec audibilia; cur enim et hoc nomen non admittas, si admisimus significabilia?* (cf. n. 3), ib. 10 al. Ce-

terum habent 'audibilis' iam Ambr. (Gg.), Th. Prisc. IV, fol. 317[a] 'dissipatae (uoces) difficilius audibiles sunt', 316[b], post nostrum Boeth.

SIGNIFICATIVVS: Gai., Paul. et Vlp. Dig , Aug. Ciu. Dei XIV, 32, 1 *quo* (ariete) *immolato impletum est significatiuo sanguine sacrificium*, id. c. Faust. Manich. XIII, 15 *prophetico ritu, hoc est significatiuo futurorum*, ib. XII, 44, id. Trinit. II, 6, 11, doctr. christ. II, 29, 46 al., Mar. Merc., Hier. in Iob, Boeth., Dionys. Exig. (cf. C p. 19*), Prisc., all.; †adu. Aug. Trin. II, 17, 32 's. ostendentes Deum' al., Boeth., Primas. (cf. C l. l.).

silenter[10]): [Fulg.] serm. 9 *uehementer intrastis, silenter existis* (C p. 20*).

SILENTIOSVS: App., Cassiod. Var. VII, 7 *eris.. arbiter silentiosus, cui fallere insidiantes fas est, et decipere gloria.* Voces, quarum, sicuti huiusce, Appuleius Madaurensis testis uel auctor agnoscitur antiquissimus, atque adhuc in lexicis habetur solus, — nouis posteriorum testimoniis instructas retulimus hic quidem 19, in I 13, in C p. II 13[11]).

SINCERITER: Gell., Aug. quaestt. 66, 1 *sinceriter homo dicat 'adhaesit anima mea post te'* al., C. Iust.

---

10) Aduerbia in -nter a partic. praes. declinata innotuerunt mihi cccc. 150 (c. 64% omnium; — cf. C n. 5).

11) Quibus addimus has: castimonium (Met. IX, 19 plur.) Ambr. (?) serm. 48, 8 'praedicator castimonii', gloss., *decisio q. deminutio uel prorsus excisio (mund. 29 luminis) Coel. Aur. acut. II, 27, 145 'si.. passio coeperit in melius uergere, omnium supradictorum fiet paulatim deductio, aliquibus etiam semel amputata decisio, omniformis (Ascl.) Aug. Ciu. D. X, 11 'natura fallax omniforme multimodum', Prud., Sid. (in carm.), perquiescere (Metam.), Ps. Ambr. serm. 2, 5.

SOCIALITER: Hor., Aug. c. Faust. Manich. XXII, 61 *socialiter ordinato connubio* al.

† *solite:* Cassiod. (Epiph.) hist. trip. XI, 5 *ut uigilias solite celebrarent* (C p. 20*).

SOMNICVLOSE: Plaut., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. I, 108.

SONABILIS: Ouid., Aug. genes. ad lit. VIII, 3 *uerba Dei.. non sonabili uel temporali uoce prolata uerba sunt* al., Ps. Aug. Specul. 16 *uerbum.. sonable iper syllabas et uolatile.*

SPARAGVS (asparagus): Varr., Th. Prisc. I, 5 *sparagi radix.*

SPECTAMEN: Plaut., App., Aug. Soliloq. I, 5 *spectamina disciplinarum uera et certa*, Cl. Mam. an. II, 12, 7 *iucundo spectamini.*

SPECVLATORIVS: adi. et fem. subst. (sc. nauis, caliga) uett., neutr. subst. Hier. in Mich. I, ad 3, 9 sq. *quorum causa speculatorium Dei hostili aratro diuiditur* al.

spiculator[12]): Cassiod. (Epiph.) hist. tripart. VI, 30 *tunc*

---

12) In nominum in *-tor* (-sor) et -rix recc. indiculum (part. II, II) subinferenda sunt haec postinde noue adinuenta: accensor, addictor, appetitrix, acquisitor Aug. (Georges Ztschr. f. oesterr. Gymn. 1873 p. 269), assertrix, beatificator, captiuatrix, coamator, colaphizator, collaudatrix Aldhelm. De septenar. p. 216 t. 89 Migne, commentatrix ib., comministrator, — commixtrix, confusor, conuersor, craxator, decerptor, declamatrix Aldh. l. l., derelictor, descensor Petr. Chrysol. s. 87, dinumerator, discessor, dissignator, ductrix, enuntiator, erutor, exaltatrix Aldh. l. l., examinatrix, excruciator, expolitor, expunctrix, exsufflator, fecundator, figuratrix, grassatrix, hauritor «Petr. Chrys. s. 86», indutor, infectrix, inquisitrix, insanifusor, insibilator, inspiratrix, interclusor, itinerator, luminator, maturator, mundatrix, oblitor, obsecrator, obtemperator, parator, perscrutatrix, pertractator, pollutrix, praefigurator, praesa-

spiculatorem rogauit senior omnium, ut ante omnes cuiusdam caput adolescentis absciderei, ne, dum alios respiceret, frangeretur; cumque ille genua fixisset in terra, et gladium spiculator euaginasset, uenit repente nuntius clamore prohibens necem, III, 2, VII, 40 (A p. 82).

STERNVTAMENTVM: Sen., Scrib. (Gg. s. u.), Dynamid. I, 34 (anethum.. naribus adpositum) *sternutamenta prohibet*, 37, al. (ptarmicum) C. Aur. tard. II, 1, 37 al.

STVLTILOQVVS: Plaut., Hier. in Eph. III, ad 5, 5.

STVPESCERE: Cic., Ven. uita Albini 10 *debilitate contractae manus ingrata, neruis stupescentibus.*

† *subalternus:* Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. V, 24 (in omnibus praedicamentis plus amplectuntur genera quam species;) *inde autem etiam fiunt genera subalterna* (C p. 20*).

SVBAVSTERVS: Cels., Dynam. I, 48 *cardui natura mordax et subaustera est.*

SVBCOELESTIS: Tert., [Fulg.] serm. 7 *iubet caecos ad se uenire et nihil de subcoelesti conspectu timere.* Cf. A s. uu. intracoelestis et supracoelestis.

SVBDVBITARE: Cic., Aug. (?) alterc. Eccl. et Synag. p. 1136 t. 42 Migne *de resurrectione subdubitas.*

subdulcis: ad I s. u. add. Licentii carm. ap. Aug. ep. 26 *pabula.*

SVBFLAVVS: Suet., [Appul.] Polem. Physiogn. p. 113 *capilli subflaui.*

---

gator, praeuiator, propositor, propulsatrix, reaedificator, — refacillatrix, relatrix, scelerator, tactor, tolerator, triturator, uerbosator «Thom. Thes. p. 72», — 67 (nr. 1277 — 1343).

SVBFVSIOR: Tert., [App.] Polem. Physiogn. p. 107 *capillus niger uel a rubeo suffusior.*

† *subindignari:* inc. quu. ex uet. Test. 26 (B col. 220).

† *subinducere:* Aug. c. Petilian. II, 62, 140 *uoluisti per transitum subinducere differentiam peccatorum* (C p. 20*).

subinferre: ad I s. u. subind. Vulg. 2 Petr. (Rönsch p. 210), Hier. Orig. in Ierem. hom. 9 *post pusillum subinfert: Et dispersit*.. (Gen. 11, 9), Fulg. Rusp. c. Fabian. fragm. 21 *Seraphim ad inuicem tertio* (cf. HA p. 90) *clamantibus 'Sanctus, Sanctus, Sanctus', et semel subinferentibus 'Dominus Deus Sabaoth'*.. (Isai. 6, 3).

SVBINTRARE: Tert., Aug. (ad Simplician. I, qu. 1, 16, spir. et lit. 13, 21 al.), Hier. in Amos III, ad 9, 11 sqq. *ut, cum subintrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiat*, et saep., auct. Hypognost. IV, 5, 6 *lex subintrauit, ut abundaret delictum*, alii.

† SVBLATERE: Varr. r. r.?, Coel. Aur. signif. diaet. pass. 136 *sublatente febricula.*

SUBLEVATIO: Cic. s., Aug. Conf. XIII, 7, 8 (quomodo dicam de pondere cupiditatis in.. abyssum) *et de subleuatione caritatis per Spiritum Tuum*..

sublucidus: ad I s. u. add. Cassiod. (?) in Cantic. Canticor. 4, 14 (semen) *album et sublucidum.*

subministratio: ad I s. u. add. Hier. in Eph. II ad 4, 16, Aug. enchir. 27, c. sec. resp. Iul. II, 146, Ambr. Hex. V, 18, 61, Fulg. c. Fabian. frgm. 3 p. 756 M. *administratio siue subministratio ad diuinam cognoscitur gratiam pertinere*, ib. inf. *ostendens ministerium suum curauit etiam subministrationem sancti Spiritus demonstrare dicens: litera enim occidit, Spiritus au-*

tem uiuificat (II Cor. 3, 6), id. ib. frgm. 30, [Fulg.] sermonum praef. *quia magnis dapibus spiritalium rerum subministratione domini fratris et consacerdotis mei saepius assueuistis expleri.*

submurmurare: Cassiod. (Epiph.) hist. trip. VI, 32 *dum hoc submurmurant, in semet ipsos magis retorquent culpam* (C p. 20* s. u. submurmurare).

SVBOBSCVRE: Gell., Aug. coniug. adult. I, 22 *quod subobscure apud Matthaeum positum est* al.

SVBOSTENDERE: Tert.[13]), Hier. in Naum 1, 10 *quod apostolus de his qui super fundamentum Christi non bene aedificant* (I Cor. 3, 12) *subostendit, quosdam esse, qui aedificant ligna, fenum, stipulam.*

SVBPALLIDVS: Cels., [App.] Polem. Physiogn. p. 161 *colore subpallido.*

---

13) Voces Tertullianeas, hoc est uoces in lexicis quidem sola fere adhuc Tertulliani statuminatas fide atque auctoritate, nouis nunc perpetuati inter recc. usus testimoniis suffultas exhibuimus hic 84, in I 13, — in C p. II 68 (quo de numero add. ad collaetari Aug. de uirg. 29 'collaetando nobis', ad euacuatio Hier. Orig. in Ier. hom. 5 p. 799, ad inseparatus [Hilar.] anon. in Iob III, p. 214, ad sufferentia ib. I, p. 111 'tolerantiam, sufferentiam, consummationem' al., ad titulare Cassiod. (Epiph.) hist. trip. VIII, 1 'conscripsit — Euagrius — libros ualde necessarios, quorum unus quidem Monachus titulatur'; cf. attitulare Rufin. Orig. in Leuit. hom. 16, 6 'Esaias.. sub uisione quam attitulauit quadrupedum in deserto', id. Orig. in Cant. III, p. 17 'isti psalmi, qui pro torcularibus attitulantur' al., Cassiod. uel Epiph. hist. trip., transl. Beda). Has nouem superadiicimus: allegorizare Hier. «ep. 61», Aug. quaestt. 65 in. 'cum res factae allegorizantur' al., circumcordialis Vict. Tunun. poenit. 10 (secretum), deuictio Cassiod. (Epiph.) hist. trip. II, 8 'gratias pro deuictione persoluens', VI, 1, deuoratorius Tert. idol. 1 'crimina tam deuoratoria salutis', Eust. B s. u., neutr. s. Ambr., efflorere «Vulg. Ps. 131, 18 (efflorebit)», Ambr. ep. 2, 8 (effloreant), frendor Veg. uet., Lucif. (add. De-Vit), [Fulg.] serm. 11 'furor uesanis frendoribus intumescit', fugator [Fulg.] serm. 59, recontrare Potam. tract. 1 (recontrabat, — Tert. part. praes.), reuiuificare Cassiod. in ps. 15, 11 'tertio die cum reuiuificari proueuerit carnem'.

subplantatio: [Hilar.] anon. in Iob II, p. 148 *animae eius quaeris subplantationem*, p. 190, III p. 203 (diabolus) *solam uxorem pro subplantatione illi reliquit, per quam.. saeuissimam sagittam seductionis atque subplantationis in eum dimisit* (C p. 20*).

SVBRVBEVS: Non., [App.] Polem. Physiogn. p. 151 *color albus subrubeus*, p. 155.

SVBSERVIRE: Plaut., trnsl. Ter., Aug. ep. 154 (Macedonii), 1 (quod tibi a iudice tot curis obstricto petibile uisum fuerit,) *admones subseruiente uerecundia, quae maxima difficilium inter bonos efficacia est*, Fulg. Rusp. ep. 1, 19.

substantialiter: Tert., Aug. c. Iul. I, 5, 17 *si.. corpus substantialiter malum esset*, Cl. Mam. an. II, 12, 8, Boeth. et Cassiod. C p. 21*.

SVBTERCAVATVS: Solin., Veg. r. mil. IV, 20 *cum* (turris) .. *ad locum, qui subtercauatus fuerat, peruenisset.*

† *superadligare:* Dynam. II, 103 *radice eius* (dracонteae) *superalligata* (A p. 87).

superaedificatio: Aug. in ps. 31 enarr. 2, 3 *laudo superaedificationem operis, sed uideo fidei fundamentum* (C p. 21*)

SVPERATIO: Vitr., Theod. Prisc. (Quich.), Firm. math. (A n. 86), [Hilar.] anon. in Iob II p. 126 *non permittit superationem uirtus ipsa, quae nunc est, sed adhuc est mihi congrediendum.*

SVPERATOR: Ouid., Cassiod. in ps. 37 *uitae mortalis*, in 143, 1 *immanium uitiorum;* — superatrix inscr., Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. IV, 57 (omnium sensuum domitrix animi magnitudo) *et superatrix dolorum.*

SVPERCOELESTIS: Tert., Hier in Eph. I, ad 1, 3, Aug. in ps. 67, 21, Claud. Mam. an. II, 12, 2 *ex adytis supercoelestium doctrinarum* al.

superequitare: Cassian. (B col. 221), Caesar. hom. 6 *quando ira superequitat*, eadem Eucher. (B l. l.), Rustic. c. Aceph. p. 1194.

† *superfluitas* [14]): Cassiod. in ps. 144, 19 al. (C p. 21).

SUPERIACERE: Cels., Aug. in ps. 32 serm. 1, 5 (citharae) *lignum.. concauum, cui superiacent* (chordae).

superincumbere: ad I s. u. add. Rustic. c. Aceph. p. 1240 M.

SVPERINVNDARE: Tert., Ven. Misc. X, 3.

SVPERINVNGERE: Cels., Dynam. II, 64 *flore* (tithymali) *leprosum superinungue.*

SVPERORDINARE: S. S. Gal. ap. Tert. (adu. Marc. V, 4 in.) et in uers. Vulg., Aug. c. Crescon. gramm. IV, 53 *hoc testamentum irritum facere, huic testamento partem Donati superordinare minime timuisti*, et ib. inf.

suppletio: Ps.-Soran. quu. medic. 249 (si corrupta fuerit recta incisio,) *colligimus per suppletionem cicatricem medicamine;* al. Cassian. B col. 222.

SVRDASTER: Cic., Aug. c. Iulian. V, 9, 37 *ut, sicut ipsa nomina surdastris auribus unum atque idem sonant, ita res ipsas surdastris cordibus unum idemque esse persuadere te posse confidas.*

---

14) In nominum recc. in *-tas* indiculum (part. II : III) subindenda sunt haec noue eruta: bromiditas intpr. Alex. Trall., aestiuitas, causalitas, formabilitas, importuositas, incapabilitas, insensualitas, inuertibilitas, lacrimabilitas, multiformitas, [10] officialitas, palpabilitas, pauxillitas, renascibilitas, spinositas, uuiditas (diductis literis illic exaranda erant: damnabilitas, detestabilitas, indecibilitas, torriditas).

SVSCEPTORIVS [15]): neutr. subst. uet. intpr. Iren., adi. [Fulg.] serm. 19 *similitudine apum fabricare coeperunt hospitium susceptorium.*

suscitatio: Hier. intpr. Orig. in Ierem. h. 1 p. 757 *suscitationis mortuorum* (C p. 21*).

suscitator: Aug. in ps. 70 serm. 2, 3 (qui suscitat mortuum secundum corpus, reddit eum luci huic uidendae et huic aeri ducendo:) *non autem suscitator eius ipse illi lux et aer est*, id. serm. 128, 12 al., Petr. Chrysol. serm. 75 (C p. 21*).

SYLLABATIM: Cic. ep., Aug. genes. ad lit. I, 10, 20 *si hoc syllabatim per sonum uocis egisset* al.

synodalis [16]): Prosp. Contra collatorem 21, 2 al., Cassiod. (Epiph.) hist. trip. IV, 35 al. (C p. 21* sq.).

tardigradus: ad I s. u. subind. [Hilar.] anon. in Iob II p. 120 *si tardigradus fuerit, qui missus est.*

TARDIVSCVLVS [17]): Plaut. ap. Non., Terent. s., Aug. peccat. merit. III, 8 *quomodo id intelligat homo, cu-*

---

15) Adiectiuorum in-*torius* exempla recc. collegi 362 (cf. A n. 7).

16) Figurae in-*alis* (-aris) exempla recc. collegi 638, in-*arius* 645 (cf. A p. 22* add. ad n. 82, p. 21* add. ad n. 60).

17) Alia deminutiua comparatiuorum (HA p. 59*) sunt: celeriuscule Ad Herenn. (-us Prisc.), complusculi Com., Gell., duriusculus Plin., grandiusculus (sup. s. u.), liquidiusculus Plaut., longiusculus Cic. (adu. Sid., Cl. Mam. an. I, 1: l. quam uolui), maiusculus Ter. Cic. ep. pA, meliusculus Com., Varr., Cels., Aug. morr. Manich. 16, 40 (et meliuscule Cic. ep., Fronto, Aug. morr. eccl. 8, 11), minusculus Plaut., Enn., Varr., Cic. ep., nitidiusculus (et -le) Plaut., plusculus Plaut. (-lum), Ter., Cic. (-lum), Col., App., Marc. Emp. p. 245 'plusculis diebus', cf. p. 374 E, putidiusculus Cic. ep., saepiuscule Plaut. (?), unctiusculus Plaut., — recc. (aut certe non ante Suet., Gell. uel App.) altiusculus et -le, ampliusculus et -le, auctiusculus, doctiuscule, fortiusculus ap. Fulg. M., frigidiusculus, grauiusculus, largiusculus Solin., lautiusculus, mitiusculus C. Aur., pinguiusculus Solin., salsiusculus Aug.

ius tardiusculam mentem impedit et suae sententiae praeiudicium et peruicaciae uinculum?, id. don. perseuer. 17, 3 *quod ut apertius propter tardiusculos explicemus*, Ciu. D. XVI, 6, 24 al.; — adu. tardiuscule M. Aur. ap. Front.

temporalitas: ad I s. u. subind. Iul. ap. Aug. c. sec. resp. Iul. III, 16 *alia est praeceptorum perennitas, alia sacrificiorum temporalitas*, et adiic. Cassiod. in ps. 5, 14 *in ista temporalitate gaudere uidentur et impii.*

temporaliter: ad I s. u. add. Aug. lib. arb. III, 31 al., Fulg. Rusp. Ad Trasim. II, 3 *t. natum* al., Cassiod. in ps. 122, 3 *interdum significat aliquid t. agi, interdum semper.*

TEMVLENTISSIME: Cassiod. in ps. 68, 13 *de nece Domini temulentissime garriebant;* — temulenter Colum. (adi. temulentus uett.).

TERRIGENVS: Tert., Ven. Misc. I, 10, 3 *semine terrigeno.*

tineosus: ad I s. u. add. Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 16.

torsio: Dynam. I, 23 (semen sisymbrii) *torsiones intestinorum sedat*, 34, 42, II, 11 al. (A p. 23).

TORTVOSITAS: Tert., Hier. in ps. 44 *iniquam tortuositatem nostram.*

TRACTABILITER: Aug. Ciu. Dei XIII, 22 *angeli uisibiliter et tractabiliter apparentes*, comp. Gell.

transfixio [18]): Rustic. c. Aceph. p. 1243 (B. s. u.).

---

18) In nominum recc. in *-tio* (-sio) indiculum (part. II : I) inserenda sunt haec: absconditio, absorbitio Aug. (Georges Ztschr. f. oest. Gymn. 1878 p. 269), adescatio, allutio, attaminatio, auolatio, belligeratio, caballicatio, circumincisio, collegiatio Ambr. de fide V, 46, 197 'non tamen collegiationes (al. colligationes) .. stellarum aut numerum nouit' (part. collegiatus Codd.

TRANSFRETATIO: Gell., Ambr. de Elia 19, 70 *maris*, Veg. r. mil. III, 22, Manich. Thesaur. e l. VII ap. Aug. de nat. boni 44 *penitus ablutae animae ascendunt ad lucidas naues, quae sibi ad uectationem atque ad suae patriae transfretationem sunt praeparatae.*

TRIMEMBRIS: Hyg. fab., Aug. mus. IV, 36 *licet minimum bimembrem, medium trimembrem, et ultimum quadrimembrem uocare; hos enim Graeci* δίκωλον τρίκωλον τετράκωλον *uocant*, inscr.

TVMVLTVATIO: Liu., Hier. in Mich. I, ad 2, 11 sq. *tanta erit credentium multitudo et inter caulas positi gregis tumultuatio*, Isid.

TYRANNICE: Cic., Vulc. Auid. Cass. 7, 7, Fab. Cl. Gord. Fulg. aet. mund. X p. 138 *patre tyrannice crudeliterque regnante.*

uacillatio: ad I s. u. subind. Rufin. Orig. π. ἀρχῶν II, 10, 6 *oculorum uacillationibus.*

VANE: Tert., Aug. in ps. 59, 2 *multi humiliantur, sed uane et fatue*, comp. App., sup. Tert.

VAPORIFER: Stat., Ennod. ep. V, 8 (in uerss.), id.

Theod. et Iust., inscr.), comparticipatio, consutio, contectio, deasclatio (deascellatio) Ps.-Soran. quu. med. 219, decerptio, dedolatio, deflammatio, demessio, depunctio, discoriatio, disiectio, distorsio, eiectatio, enudatio, enutritio, euolatio, exsculptio, fluxio, frenatio, glutitio, impunctio, inebriatio, ingeniculatio, iniustificatio (cf. B n. 10), insectio, internoctatio, interuallatio, laetificatio, mulsio, municipatio, obtenebratio, obtractatio, pertusio, praesignatio, reconditio, resudatio, sepultio, subcoriatio, subcuratio, subdefectio, subiectatio, submurmuratio, subtectio, succinctio, tabificatio, transilitio, tristificatio (et diductis literis exaranda erant: condescensio, coronatio, derasio, lĕuigatio, mersio, natio, sabbatizatio). Hinc et e nn. 15 et 16 illic in notulis corrigito quae corrigenda sunt.

carm. I, 8, 5 *uda uaporiferas cohibent dum lora quadrigas*, schol. Iuu. (Gg.).

uariabilis: Cassiod. an. 2 *instabili et uariabili uoluntate* (C p. 23).

uastatrix: ad I s. u. add. Cassiod. in ps. 32, 20 *uastatricem humani generis inuidiam.*

VBILIBET: Sen., Aug. de ord. II, 13 *ordo.. nec apud se nimia, nec ubilibet aliena esse patietur* al., et *c. Iul. VI, 10, 32 *ubilibet sint*, *quomodolibet sint sub Deo iudice..*, *in illius regni felicitate non erunt*, et sic quomodolibet etiam ep. 77, 1 *quomodolibet scripsero,.. si tibi non persuasero, proculdubio eris incertior* al., — sic porro quilibet quu. in Heptat. II, 120 *quaelibet sint... illae literae*, uterlibet anim. orig. IV, 6 (neque nunc anima mea trahitur ex parentibus, aut insufflatur a Deo:) *utrumlibet horum fecerit, tunc fecit, quando me creauit*, — quantuslibet Ciu. D. XXII, 23 *sciamus tamen, quantalibet uirtute proeliandi uitiis repugnemus, uel etiam uitia superemus,.. nobis deesse non posse, unde dicamus Deo: dimitte nobis debita nostra*, in Ioann. tract. 43, 12 *quantumlibet diu differatur, ueniet quod differtur*, tract. 97, 3, 99, 4, c. sec. resp. Iul. IV, 58. Cf. A p. 71.

uelificatio: ad I s. u. add. Aug. in ps. 47, 6 *de uelificatione et quasi prosperitate seculi huius tanquam maris.*

VELLICATIO: Sen., Aug. gen. ad lit. XII, 17 (iacebat neminem uidens,) *ad nullam uellicationem se mouens.*

VENILIA: unda Varr. ap. Aug. Ciu. D. VII, 22 *uenilia unda est, quae ad litus uenit, salacia quae in salum redit*, Adaman. u. Col. II, 26 *uter, quem*

salacia sustulit, ad suum locum reportabit uenilia (γρ. uenalia).. *utrem.. quem salacia sustulerat unda, nunc uenilia retrahens in loco, unde subtractus est, repraesentauit.*

VENTOSE: App., Aug. c. Iulian. V, 13, 49 *ut te appareret campos quaesisse uerborum, ubi uentose atque inaniter curreres.*

VERILOQVVS: Fronto, Hier., Cassiod. in ps. 85, 10 *ueriloquum dictum, si qualitatem rei.. pensemus.*

VERSIFICVS: Solin. (ordo: cf. n. 3), Adaman. locc. sanct. I, 17 *Iuuencus uersificus.*

VERSVTILOQVVS: trag. inc., Ambr. in ps. 43, 11 *docuit* (Moyses) *quemadmodum Amalech uersutiloquus uinceretur.*

uertibilis[18a]: [Hilar.] anon. in Iob II p. 174 *uxor eius uecors, uertibilis, instabilis* al. (C p. 23*, cf. A p. 98 ad u. uersibilis).

VERVCVLATVS: Col., Aug. quu. in Heptat. VII, 23 (aut tale clausurae genus fuit, quod sine claui posset claudi, nec sine claui aperiri;) *nam sunt quaedam talia, sicut ea quae ueruclata dicuntur.*

VIBRAMEN: App., Ven. Misc. VIII, 9, 27 *tu.. cuius ..populos pariter replet uibramine flumen, rex regum ... dictus ab aeuo.*

VIGILANTER: Cic., Aug. in ps. 78, 14 al.

VILLARIS: Plin., Ennod. ep. VIII, 4 *uillares delicias expetisti.*

uitaliter: ad I s. u. subind. Aug. genes. ad lit. II, 18, 38 al., Cassiod. in ps. 20 praef. *quia uitaliter et auditur semper et creditur.*

18a) Adiectiua recc. in *-bilis* nunc congregaui 656 (cf. A n. 35 et add. p. 20*).

VITATIO: Cic. et auct. ad Her., Th. Prisc. II, 8 *lauacrorum.*

VITIATOR: Sen. rhet., Aug. enchir. 26 *cum desertoribus angelis uitiatoribus et possessoribus*, id. c. Iul. VI, 19, 59.

VITIOSITAS: Cic. Tusc., Aug. perf. iustit. 4 (per arbitrii libertatem factum ut esset homo cum peccato;) *sed iam poenalis uitiositas subsecuta ex libertate fecit necessitatem*, c. Iul. II, 1, 2 *uirtus, cui uitiositas intelligitur esse contraria* al., Macr. (humoris).

VITVPERATOR: Cic.[19]), Aug. c. Crescon. I, 2 *eloquentiae*, c. Iul. IV, 13, 64 *luxuriae* al.

uiuificator: Aug. c. sec. resp. Iul. VI, 23 *noli eos tua defensione amplius aggrauare, aegrotis uel mortuis saluatorem et uiuificatorem denegans Christum* al. (C p. 23*).

VLCERATIO: Sen., Th. Prisc. I, 15 *ulceratio si faucibus apparuerit*, 16.

VNICAVLIS: Plin., Dynamid. II, 35 *arundini similis unicauli.* Apud Plin. similia exstant unicalamus, unistirpis (Marc. Emp. et Plin. Val. unipetius, cf. A n. 80).

VOLVNTARIE: Hyg. fab., S. S. Hebr. 10, 26 al., Aug. gen. ad lit. VIII, 9, 17, Oros. hist. adu. pag. praef., Cl. Mam. an. II, 7, 4, Cassiod. in ps. 58, 2 *qui to-*

---

19) Voces Ciceronianae, hoc est quae Ciceroni (uel etiam auct. ad Herenn.) fere soli accepta referuntur adhuc in lexicis, nunc usurpationis posteriorum instructae exemplis in hac particula accesserunt duodenonaginta (cf. partic. I n. 4). Tres superaddo: euulsio Cic. nat. deor., Vulg. Ierem. 12, 17, Pl. Val. (A p. 100), C. Aur. ac. III, 8, 83, inuestigator Cic. bis, Ambr. hymn. 61 'Tu nostrorum pectorum Solus inuestigator es', necessarie Cic. inu., Val. Max., Cassiod. Var. VIII, 11 'quod necessarie fuisset optandum'.

tum uoluntarie sustinebat, in 68, 1 al., id. Var. IX, 2, Fulg. Rusp. Ad Monim. III, 8.

VORATOR: Tert., Hier. in Matth. II, ad 11, 16, id. (?) in Iob 40, P. Nol., Ennod. carm. I, 16, 10 *escis uorator captus est.*

VRBICAPVS: Plaut., Coripp. Ioh. I, 100 *urbicapus sapiens.*

† VRGENTER: Cypr. (ep. 36, 1), Aug. c. Petilian. III, 32 ex. *hoc urgenter interrogo.*

†*usitatio:* Cassiod. Var. IX, 23 *non translaticia usitatione uocabuli* (C p. 23*) [20].

VSTIO: Cels. Plin., Aug. in ps. 26 enarr. 1, 14 *tolera ustionem renum uiriliter*, Th. Prisc. I, 1 al., alii.

uulgariter (q. uulgo, quotidie): ad I s. u. add. Cassiod.

---

[75] praesultare: Liu., „Hilar. Arel. et uita Hilar.“ (De-Vit), Aldh. carm. de uirg. 1707 'quamuis harmoniis praesultent organa multis' al. — ad 'priuatio' add. „M. Cap. V, 468“; — ad 'prolatio' add.: al. (synon. generatio) Rufin. Orig. princc. IV, 1, 28 'si .. prolatio dicitur, quae talem significat generationem, qualis animalium uel hominum solet esse progenies', all. eccl. — *promissiuus:* Aug. c. Faust. XIX, 18 'eorum promissiua signa, quae Christus impleuit', in ps. 39, 12 al., M. Cap. „III, 310“, Diom. Consent. Isid. all. gramm. (adu. iam. Tert.). — punctura: Firm. m., Ps.-Soran. quu. med. 100 'mala punctura, quando in neruis aut musculis punctura uisu parua inesse uidetur, uirtute autem magna fit'. — [80] quadratura: Vop., al. Grom., App. dogm. Plat. III, Aug. c. Faust. XII, 19 'tria ter, et hoc ter, fiunt uiginti septem, qui est numeri ternarii quadratus .. ibi quoque illius quadraturae numerus iteratur'. — † *quadrupedalis:* Aug. Trin. V, 7, 8 'quadrupedalis est, id est quatuor pedum', Beda, Thom. Thes. — quassabilis: pass Lucan., *act.* Coel. Aur. acut. II, 6, 27 'magis eligenda erit quassabili et noxia uigilantia quieta pressura'. — *receptibilis:* Ambr. spir. sanct. I, 5, 72, Aug., Vulg. Sirac., „Mar. Vict.“, act. Cassiod. an. 2 '(animam) bonarum rerum esse amissi-

---

breuissima, .. singulis quibusque pone capitibus, praeter translationem sancti Hieronymi, quae colis et commatibus ordinata consistit'. — [105] propitiator Oros. c. Pelag. p. 613 'propitiator per fidem in sanguine suo positus ad ostensionem formamque iustitiae', ib. p. 605 sq. — > pusca pro posca (ὀξύκρατον): Veg. u., C. Aur. tard. I, 6, 184, Dynam. II, 74, 80, 95 al., Anthim. 58. — raptrix: Hier. chron., [Hilar.] anon. in Job I p. 11 'tanquam columba inter raptrices aquilas', „Anth. ed. Riese 761, 67“. — * rasura concr.: Veg. u., Plin. Valer. III, 1 (cucurbitarum), Dynam. I, 27 'rasura eius (cucurbitae) oculorum tumores tollit', all. Cf. A p. 75 — rebaptizatio: Optat. (sec. IV), Aug. in ps. 54, 16 'saltem solum sit malum segregationis; cur adiungis et rebaptizationis?' al., „Vict. Vit. persec. Vand. II, 9 al.“ et all. patt.; rebaptizator Aug. in ps. 54, 16 'non perfecte de baptismate tractatum est, antequam contradicerent foris positi rebaptizatores' et saep. al. (cf. De-Vit). — [120] recreabilis Ven. Misc. V, 1 'felici propulsa flatu recreabilis opinionis uestrae nostras aures aura demulsit'. — recursio: M. Cap., C. Aur. tard. I, 4, 81

bilem et receptibilem'. — reinuitare: = ἀντικαλεῖν S. S. bis (Rönsch p. 198 sq.); *al.*, q. denuo inuitare, Adaman. uit. Col. I, 10 'de regno expulsus .. exulauit .., sed post a populo reinuitatus .. tribus regnauit mensibus'. — [85] resipiscentia: Lact., Jul. ap. Aug. c. Jul. [2] VI, 10 'despoliabatur resipiscentiae facultate', „Prosp., Gelas." (De-Vit). — ad 'resuscitatio' add. „Mar. Vict. in Eph. I, ad 1, 22, Paulin. Diac. bened. patr. 1, 7". — *reuocare q. reportare, reddere: Vop. Tac. 11, 5 'hostias suas semper domum reuocauit isdemque suos uesci iussit', Cassiod. (Epiph.) hist. trip. I, 10 'inuitans petentes, ut, quantum opus habebant, tollerent, et denuo reuocarent, quantum se nouerant abstulisse'. — scabridus: Ennod. ep. II, 27 'quidquid scabrida poposcit lingua, mox

---

'incerta accessionis recursio' (cf. II, 13, 163: recursum faciunt passionis), ac. II, 14, 92 'acceptorum per uomitum recursio' al., Ps. Soran. quu. medic. 126 'quid est recursio eiusdem uitii?', „Aug. serm. ed. Mai. 146, 2". — remandare et Siluerii pap. († 540) epist. 1 (in epist. Amatoris) 'ut per uestram epistolam nobis remandare non dedignemini, qualiter circa uos sit actum', „acta S. Theodoreti presb. 4". — repertio: Fulg. (Myth. II, 19 'quod Endymion cursum Lunae inuenerit .., qui nihil aliud in uita sua nisi huic repertioni studuit', et hinc mutuati schol. Germ. p. 201 Br. et Myth. Vat. II.), Adaman. locc. sanct. III, 2 'ut pro certo scire possim de ferramentorum repertione'. — requietio: Hier., „Vulg., inscrr." (De-Vit), Ps. Soran. quu. med. 143 'cum requietionibus' (cod.: requiescionibus). — [125] respectio Aug. in ps. 65, 22, consens. euang. III, 6, 26 al. — resumptio propr. „Hilar. in Ep. ad Eph. 15, Hormisd. ep. 17, 3", ut t. t. rhet. Jul. Rufin., carm. de fig., al. (resumptio recurrens i. sumptio pluries repetita) Coel. Aur. tard. I, 4, 95, al. q. refectio id. tard. I, 4, 65, 121, III, 2, 45, IV, 3, 44 al. (cf. IV p. 343), [Hilar.] anon. in Job II, p. 160 'requiem non habebat, resumptionem non inueniebat', I p. 21. — rotabilis Aug. gen. ad lit. V, 23, 45 (cf. sup. nr. 98). — rotatim Ven. u. Mauril. 21 'cornupeta uitula .. cum ingenti rugitu .. in eum rotatim cum magno impetu accurrebat'. — runco Jul. ap. Aug. c. Jul.[2] VI, 27 'dumeta, quibus amputandis runcone armatus cultor inuigilat'. — [130] saluificare Ven. u. Mart. II, 33 'manu qua saluificata sit ipsa' (plura addit De-Vit). — semichristianus: Hier.,

meruit', V, 7, Ven. Fort. (u. Mart. IV, 18 al.); cf. scabidus A n. 31 add. Hier. in Os. I, ad 2, 4 sq. (de scabidis ouibus). — sedule: Colum., Prud., Cassiod. in ps. 136, 9 'unde si aqua sedule tollitur'. — *seminalis adi. propr. (de herbis): Col. (uicia seminalis opp. u. pabularis), Aug. gen. c. Manich. I, 20 'herbis seminalibus et lignis fructiferis', ib. 23, 40; cf. B s. u. — [90] *sensibilis act.: Lact., Ambr. myst. 4, 23, C. Aur. tard. III, 4, 66 'siquidem . . morbo tentata sensibiliora ceteris fiant, ut est plantae cauum, quod tumore dolidum atque omnino sensibile et attentum fiet'. — signatus adi.: compar. Tert., Jul. ap. Aug. c. Jul.[2] VI, 15 (adu. Beitr. III p. 672). — *sinuatio:* Ambr. Hex. VI, 9, 62 'sinuatio interiorum aurium', id. Noe 9, 28 'in illa intestinorum reflexione ac sinuatione', Fulg. M. — sordicula: Marc. Emp., Aug. in Jo. tr. 48, 1 'ut ponat sordiculas nebulae humanae'. — suatim (sus): Nigid. ap. Non., Aldh. laud. uirginit. 17 'rubro coloris stibio genas ac mandibulas suatim fucare', 58. — [95] subditicius: Lampr., Zeno tract. I, 15, 6 'subditiciis personis', Ambr. ep. 19, 20 'praefato quod essent subditicii Palaestinorum'. — subpositorius: Vop., Marc. Emp. p. 380 G. Steph. (colica); neutr. subst. Greg. M., gl. Cyr. — subputator: Firm. m., Petr. Chrysol. serm. 29, Ps. Aug. serm. 277, 2 'quid est, auide supputator?'. — subrectus adi.: compar. Grom., [App.] Polem. Physiogn. p. 106 Rose 'uertex capitis subrectior'. — subrusticus: Cic., Ambr. off. ministr. I, 23, 104 'ut agrestem ac subrusticum fugiat sonum'. — [100] subsannatio: Vulg. Ps., Aug. in ps. 2, 3 'irrisio et s.', (Fastid.) de uita christ. 1 et 15, [App.] Polem. Physiogn. p. 154 'quibus subsannatio uel aspiratio est narium' (subsannator Vulg. Eccl., (Fastid.) de uita christ. 1). — suffragatrix: Aug., [Hilar.] anon. in Job II p. 188 (Beitr. III s. u. consiliatrix). — superabundanter: Vulg. Eph., compar. Rufin. Orig. in Cant. III p. 21 'superabundantius habendus in caritate'. -- supererogatio: Quint. decl., Fulg. Rusp. Ad Monim. II, 13 'sanctus Ambrosius beati Pauli supererogationem uel in sermonibus atque epistolis eius uel in nimio labore mentis et corporis ponit', ib. 14. — superimpendere: S. S. s. (Rönsch p. 211), Aug. De Rustic. 1. — [105] surculosus: Plin., Aldh. Septen. col. 164 t. 89 Migne (pla-

Aug. c. Faust. I, 3 'tu semichristianos cauendos putas, quod nos esse dicis' (cf. n. 6, 10, 92, 107, quae uoces auctoritatis censentur Hieronymianae). — sensificare Theod. Prisc. IV f. 316^{b}, Fulg. Rusp. de fide 28 'uiuificandis sensificandisque corporibus', ib. sup., id. de incarn. 28. — seruitor et Reg. Bened. 36. — subuentio: Cssd., Adaman. Columb.

tanus). — suspense: Cassiod. in ps. 49, 16 'testamentum uetus et nouum significat, quia, dum unum suspense dicitur, utraque memorantur', compar. Aug. — taediosus: Firm. m., Arnob. et Nenn. (add. Rönsch p. 128), Ambr. off. ministr. I, 22 'sermo taediosus iram excitat', Rufin. Pamph. apol. pro Orig. p. 312 'erit tam nobis, qui scribimus, onerosum, quam legentibus taediosum', Cassiod. Var. V, 41 al. — in toto: Cic. ep., C. Aur. acut. II, 37, 215 'si in toto non tenuerint cibum'. — * transactio: Tert. (an. 55: cum transactione mundi reserabuntur regna coelorum), al. et abs. [Hilar.] anon. in Job I p. 87 'supersunt cameli, qui mihi ad transactionem proficiant', ib. p. 88; al. ICti. — [110] uerbigena: act. Ven. u. Mart. III, 158 'uerbigenae . . . Tonantis'; intricatius Prud. Cath. III, 2 Christus 'uerbigena' dicitur, cf. intpp. ad l. — uesanire[3]): Catull. (part. praes.), Csd. (Epiph.) hist. trip. (uesa-

---

III, 19 'haec uelocissima et opportuna subuentio'. — [135] timoratus: S. S. uers. uet. et Vulg. pluries (Rönsch p. 145), Hier., Aug. serm. Mai. 4 'audi, timorate, quod caueas', Steph. ad Bonif. pap. II libell. I p. 35 t. 65 Migne; cf. in-timoratus S. S. uers. uet.: Rönsch p. 144, intimorate intpr. Iren.: De-Vit. — transeunter Aug. et in ps. 48 serm. 1, 2 'quod dico, inquit, „audite, auribus percipite", hoc est, nolite transeunter audire', c. Faust. XIII, 5, 1, quu. in Hept. I, 108 al., Ps. Cypr. sing. cler. 10. — transmissor Rufin. Orig. principp. III, 2, 1 'apopompaeus id est

3) Cf. insan-ire, ineptire, saeuire (de-, ex-), *dementire (-tare)*, *ferocire*, *furire* (quae obliquis literis charaxauimus, recc. sunt), et porro: *abortire (-tare)*, artire pr. (-tare), artitus (ars), auitus (cf. 49), auritus, *in-aurire*, balbutire (cf. 12), *barbire*, *barrire*, 10 blandiri (sub-, *inter-*), bullire (e-, *con-*, *de-*, *sub-*, *super-*), caecutire, *cassita*, catulire, *cauditus* (cf. 52), cerritus, cirritus Cloat. ap. Macr., corbitus, crinire *(recrinitus)*, 20 custodire *(con-*, *super-)*, *Daphnitus*, dentire (cf. dentatus, *indentare*), equire Pl. (cf. 14, — 9), *fabrire*, fast-id-ire, febrire pA (febri-cit-are pA), *fellitus*, finire (de-, prae-), con-forire (simpl. schol. Juu.), fortuitus, 30 fulgurire, grandire, gratuitus, *herbitus*, hostire pr., *ignire (re-)*, inanire (ex-), insignire, largire (in-) et -ri, lasciuire *(-are)*, 40 lenire (de-, ob-), lippire, maritus, mellitus, mentiri (e-, *ad-*, *con-*), moliri (a-, ad-, de-), mollire (e-, prae-, re-, *con-*), orbitus, partire et -ri (impertire, bi-, tripartitus, quadri-, quinque-, *compartiri*, *superpartiens* . .), patritus, 50 -pedire, com-, ex-, im-, prae-, *inter-*, pellitus, penitus, punire (poenire), potire et -ri (*per-*, compotire et -ri), ratitus, *raucire (-are* et *-ri)*, recutitus pA, *remitus*, ir-retire, 60 e-rudire, saepire (circum-, con-, dis-, inter-, prae-), seruire (de-, in-, prae-, sub-), sitire, sortire et -ri, stabilire (con-, *in-*), turritus, tussire pA (ex- pA, *sub-*), uestire (circum-, con-, in-, *de-*, *super-*), *unire (co-*, *in-*, *per-*; — *unare*, *ad-*, *co-*, *co-ad-*, *ex-)*; — *amatur-ire*, cacaturire Mart., coenaturire Mart., *dicturire*, empturire, esurire (ad-), habiturire, *lecturire*, moriturire Cic. s., *nupturire*, parturire *(con-*, *re-)*, petiturire Cic. ep., proscripturire et sullaturire Cic. s., *scripturire* (adolescent-urire Laber., — lig-urire, ab-, *ob-*, scalpurrire, scaturire . .).

nire), Rustic. c. Aceph. p. 1237 'his qui ita ut tu uesaniunt'. — uicennalia s.: Lact. mort. pers., Cassiod. (Epiph.) hist. trip. II, 19 'contigit uicennalia Constantini principis prouenire', 18, III, 12. — uineola: Ven. u. Germ. 52 'dum in uineola sua nuces ab arbore excuteret', Greg. M. — uiror: App., uita Cypr. 11, Vop., Hier. in Joel 1 'omni uirore consumpto arentes arborum rami', Hier. (?) in Job 29 (mentis), Pall., Ps. Euch. in Regg. III, 17, (App.) herb. 123.

---

transmissor'. — uicarianus: Cod. Theod. VI, 11, 1 (uicarianae potestati), XVI, 5, 54 (uicariano . . honore) al., Sid., Cssd. Var. II, 24. — uinculare: C. Aur., „Ambr." (Gg), S. S. Ps. 101, 21 ap. Cssd. exp. in psalt. ad l. 'ut audiret gemitum uinculatorum' (Vulg.: compeditorum), Hier. in Eccl. p. 426, Vigil. Trid. ep. 2, 10. — [140] uniuocus: Boeth., Fulg. Rusp. Ad Trasim. II, 13 'uniuoco assensu'; al. M. Cap. — zetarius (pro diaetarius): Paul. Sent., Actt. S. Sebast. mart. 22, 83 'Castulus, zetarius palatii' al.

Istis, dum typis exscribuntur, subrelicta accesserunt haec: absida (absis): Aug. ep. 23 'absidae gradatae', P. Nol., [Fulg.] serm. 10 'cum gradus ascendimus absidae', Isid., Greg. Tur., Aldh. carm. de aris 2, 1 al., all. — aequanimiter: Tert., Amm., Symm., Ambr. off. ministr. I, 48, 237, Macr., „Sulp. Seu., Cassian.", Hier. in ps. 33 (ferre), schol. Luc. II, 92 'a. suos casus perpessi'. — alleluiaticus: Aug., Cssd. in ps. ,115 pr. (gaudia) al. — capillosus: Coel. Aur., [App.] Polem. Physiogn. p. 145 'femora capillosa'. — cauannus uel -na (fr. chouette: „picard. cawan, in Anjou chouan, in Berry chavant"): Anth. 390 (Eucheriae), 29 (cauannus), Eucherii Instr. II, 9 'ululas . . aues esse nocturnas, . . quas uulgo cauannos dicunt', Aldh. laud. uirginit. 58 (cauannarum), gloss. (utraque forma). — clibanicius: panis Isid., Dynam. I, 7 'focacius (l. focatiuus) uero ualde siccus est, quia in cineribus amittit humorem, clibanicius (l. clibanitiuus) uero in testo' (cf. inf. nr. 174). — coadiuuare: Hier., Aug. (?) ad frr. erem. 4 et 5 al., Rustic. c. Aceph. p. 1229 'illa uelut organa et coadiuuantia infirmitatem nostram'. — †compitensis: inscr. Orell. 3324 'municipes compitenses uicorum V'. — [150] conductus, u: abl. sing. Coel. Aur. „acut. II, 15, 95" (superciliorum), nomin. id. ib. II, 9, 43 'conductus corporis atque raptus' (i. spasmus). — *conflatio concr.: Vulg. Jerem., Hier. in Abac. I, ad 2, 18 'conflationi suae (i. idolo a se conflato) curuare ceruicem'. — consuete: Amm., Cssd. (Epiph.) hist. trip. VII, 16 'uespertino consuete ministerio celebrato', ib. inf., X, 28, XII, 2, „Hilar. in Gal. 7" (cf. 98). — †conuertibilitas: Rufin. Orig. princc. I, 7, 2, Oros. hist. I, 1. —

† coonustare: Oros. c. Pelag. p. 615. — coronator: Aug. (D n. 26), [Fulg.] serm. 17 'donec suum cerneret coronatorem', ib. inf., serm. 70 'aderat patientiae coronator', ib. inf. — corregionalis: Aug. Mar. Merc. Subnot. 4, 2. — † deardere: S. S. Apoc. 8, 7 ap. Primas. in Apoc. III ad l. l. 'tertia pars terrae dearsit' (Vulg.: combusta est). — *decoctio concr.: Th. Prisc. I, 5 'ex ea decoctione fricentur', 7, 10 . . (plur. II, 3), Pl. Val. I, 61, V, 25 (cf. A p. 12), App. herb., C. Aur. tard. I, 4, 137 'bibere hysopi decoctionem', 1, 34, II, 1, 25, IV, 1, 4, 8, 128 et saep., Ven. u. Radeg. 15; abstr. q. digestio Cssd., Isid. Or. XI, 1, 139; q. consumptio, dilapidatio Cod. et Nou. Theod., Cssd. — † defamator: Stephan. ad Bonif. pap. II libell. I p. 35 t. 65 M. 'Probianus defamator . . qui alios festinantes meas laudes dicere repellens . .'. — [160] defensaculum: Seru., Aug. in ps. 67, 21 'umbra ista defensaculum intelligitur ab aestu concupiscentiarum carnalium'. — † deiloquus (*θεολόγος*): Rustic. c. Aceph. p. 1174 (D p. 26), Liberat. breu. 8. — † Deipartrix: Rustic. c. Aceph. col. 1231 'uirginem Deipartricem', ib. col. 1243 C. — † disertulus: Mar. Merc. praef. serm. Nestor. 'occupant se nostri disertuli ad singulas syllabas nostras scrutandas et uerba rimanda'. — dispectio: Tert., Consent. barb. et metapl. p. 396 'dicunt, quia non secutura casuum dispectione statim repudietur, si quis dicat quadrigam aut luces, barbarismum eum fecisse . .'. — dissonantia: „Hier.", Aug. cons. euang. III, 7, 30 'quasi ad ostendendam dissonantiam sanctorum Euangelistarum', Cl. Mam. an. I, 21, 2, 4, Boeth. — dogmatizare: Aug. c. mendac. 21 'caput illud, quo dogmatizant, occultandae religionis causa esse mentiendum' et saep., „intpr. Iren., Max. Taur." (De-Vit), „gramm. inc." (Gg), Cssd. (Epiph.) hist. trip. II, 8 et 12, VII, 9, et hinc dogmatista Rufin., Mar. Merc., Aldh. Septen. col. 173 'dogmatistae sententiis et doctoris sermonibus credula praecordia pando', id. laud. uirg. 2 'diuini sermonis d.'. — dolatorium s.: Hier., Veg. mil. III, 6 'cum securibus et dolatoriis'; adi. B s. u. — effusor: Aug., Ennod. dict. 18. — [170] † exoratorium: S. S. uers. uet. Ezech. (Rönsch p. 34), Aug. quu. in Hept. III, 53 'propitiatorium uocatur, quod alii exoratorium interpretati sunt; graece autem dicitur *ἱλαστήριον*'. — finalitas (i. terminatio): Eutych., Seru. (Gg), „gramm. inc. p. 129 et 159 Endl.", Aldh. Septen. col. 223 'ad ostendendam primae declinationis in ablatiuo finalitatem, ubi semper .a producitur'; eodem modo 'extremitas' Prisc., Phoc. p. 421 K. 'unum femininum hac extremitate (-ox) . . haec celox'. — † flexibiliter: Aug. quaestt. in Hept. II, 18 'quia non flexibiliter consentiebat', — quae uox quod A p. 29 perperam Solino tribuitur,

apud quem flexibilitas legitur, lapsu calami conflatum est. — fluescere: Aug. Ciu. D., id. serm. Mai. 1, [Hilar.] anon. in Job I p. 62 'ego multiplicaui, tu uero fluescis'. — focacius: Isid., Dyn. I, 7 (uid. nr. 147). — *foris *praep.* (hors): Vulg. Apoc. (atrium, quod est foris templum) et Cassiod. (Rönsch p. 398), Reg. Bened. 3 'neque praesumat quisquam cum abbate suo proterue uel foris monasterium contendere', ib. 43 'si foris oratorio (al. lect. oratorium) remaneant', 67 'quaecunque f. monasterium uiderit'. — fricamentum: C. Aur., Th. Prisc. II, 7 'unguentis uel fricamentis', 10, chr. 13 'tunc fricamentis exercitiisque competentibus opus est', 21. — †>fulgoreus: Cassiod. in ps. 117 s. f. 'recordemur hunc psalmum non incassum uelut fulgoreis coloribus esse contextum'; fulgureus M. Cap. (nubes). — *fusor (q. effusor uel infusor) et [180]†fusitrix: S. S. Eccl. (2, 8) ap. Rufin. in Cant. I p. 335 'uini fusores et uini fusitrices', Hier. in Eccl.; fusor sic et Rufin. ipse l l. 'ministri quidam, qui uini fusores apellantur', ib. p. 336, f. aquae Anth. Lat. 615, 6; al. fusor (metalli alicuius) C. Just. (diffusitrix D p. 46). — hydrinus: Prud., Turrib. epist. col. 693 t. 54 Migne. – illusorius: Ambr., Aug. cons. euang. III, 13, 46 'a militibus ueste illusoria multisque illusionibus male tractari', Jul. ap. Aug. c. Jul. [2] V, 25 'Traducianos non esse aliud quam Manichaeos, distinctionem autem inter uos illusoriam quidem non fide uestra, sed imperitia contigisse'. — impersonaliter: Dig. (45, 3, 15), Cssd. in ps. 142, 3 '„quia persecutus est inimicus animam meam" . . bene inimicus impersonaliter ponitur, ut hoc de diabolo sentiamus'; t. gramm. Macr. diff., Don. ad Ter. — impraemeditatus: Mart. Cap. (uisio), al. inc. de uisit. infirm. II, 1 'quod impraemeditatus dictaueram'. — impugnator: Ambr., Jul. ap. Aug. c. Jul. [2] IV, 108 (innocentiae), Cassian. Inst. V, 31 'collationis spiritalis . . impugnator', „Vinc. Lirin., Gennad.", Cassiod. Var., Hist. trip. (III n. 2). — inarticulatus: Arn., C. Aur. signif. 54 'uocis inarticulato sonitu', ib. 86, Prisc., „Lact. ad Stat. Theb.". — incantator: S. S. Leu. 20, 27 ap. Aug. quu. in Hept. III, 77 et al. (Rönsch p. 57) — etiam Vulg. „Deut. 18, 11" —, Tert., Ambr. Hex. IV, 8, 33, Aug. in Hept. l. l. et II, 22 sqq., Isid., alii. — †inchoatio: ad I n. 1 p. 470 add. Gen. 1, 16 ap. Aug. de gen. c. Manich. II, 7, 9 (Aug. ipse freq.), Vulg. Hebr. 6, 1, Leo M. (B n. 19), Ennod. ep. VIII, 3 al. — incircumscriptus: Hilar., Ambr. spir. sanct. I, 7, 82 'incircumscriptus . . et infinitus Spiritus sanctus' al., Prud. — [190]incitator: Fronto eloq. p. 146 Naber, Cypr. ep. 20, 3, Amm., Prud., Eges. I, 40, 10, Aug. (?) de uera et falsa poenit. 5, 11 (mali, i. e. ad malum). — incommutabiliter: Aug., Fulg. c.

Fastid. 14 'cui proprium naturaliter est incommutabiliter atque indeficienter uiuere' al., Cssd. in ps. 23, 6 'qui inc. damnare potuisset'. — incongruitas: Prisc. (Inst. XVIII, 1, 5), Rustic. c. Aceph. col. 1209 'incongruitate plenus sermo' al. — increpatorius: Sid., [Fulg.] serm. 7 'illorum uoces increpatorias', Cssd. (Epiph.) hist. trip. X, 4 'homiliam increpatoriam fecit aduersus eum'. — indeficienter: Aug., Ps. Aug. serm. II ad catech. 13, [Hilar.] anon. in Job I p. 23, Fulg. c. Fastidios. 14 (nr. 191), id. c. Fabian. frgm. 6 al. — *indigestibilis:* Aug. gen. ad lit. X, 13, 24, C. Aur., Th. Prisc. I, 9, id. diaet., Dynam. II, 3 'ulpicium indigestibile est'. — † indiuise: Ps. Asc. (?), Rustic. c. Aceph. col. 1209 'inhabitare in carne indiuise atque incessanter', col. 1235 C, „Vig. pap." — indultus, u: Sid. Cssd. Var. XI, 14 'indultu regali', Ennod. uit. Epiph. p. 400 'indultu clementiae tuae'. — infrigidare: C. Aur., inc. quu. ex uet. Test. 2 'quia infrigidat' (aqua), schol. Juu. — infrugifer: Victor Tunon. poenit. 20 'quae (ficulnea arbor) . . infrugifera iubetur abscindi', „schol. Hor." — [200] ingrauatio: Aug. quu. in Hept. II, 30 (cordis Pharaonis), Cod. Theod. — intemporaliter: q. intempestiue C. Aur. (ut acut. II, 9, 50 'intemporaliter utitur cataplasmatibus', tard. IV, 3, 79 al., et sic adi. id. et Aug. in ps. 39, 13, sic C. Aur. et intemporalitas); al. inc. de unit. Trinit. col. 1210 t. 42 Migne 'cum generaretur ab intemporali intemporaliter', „Fulg. Rusp. remiss. pecc. 3, Pelag. pap. Fid. post. init." (et sic adi. App., Hilar. aliique eccl., intemporalitas Arnob. iun.). — [201a] internatare: Auien., schol. Lucan. III, 574. — laturarius: Aug., [Fulg.] serm. 63 'non habeo laturarios . ., non habeo baiulos ad piscinam'. — ligatio propr.: Scrib., C. Aur. acut. II, 37, 195 (articulorum), III, 6, 66, Gelas. ep. 4 (t. t. rhet. q. zeugma Aquila, Jul. Ruf.). — literio (contemptim pro grammaticus): Amm., Aug. ep. 118, 26 'nomen Anaxagoras, quod propter literatam uetustatem omnes, ut militariter loquar (cf. III n. 4), literiones libenter sufflant', id. c. adu. Leg. et Proph. I, 24 (cf. nr. 98). — lupinaceus: App. herb., Dyn. II, 98 'cum lomento lupinaceo'. — maceriatus: inscr., [Hilar.] anon. in Job I p. 107 'uitis sum bene maceriata'. — malagma, ae: Veg. u., Dyn. I, 57 'malagmae genus', „Aug. serm. ed. Mai. 33, 1". — membrare: Censorin., Dracont. carm. (ed. Duhn) VIII, 8 'totum de matre uenit, de matre creatur, quo membratur homo, pater est fons auctor origo', cf. „Drac. De Deo II, 78, I, 337". — monasterialis: Cassian. et Gelas. B col. 216, Petr. Chrysol. serm. 107 (disciplina), Sid., „Dionys. Exig., Caes. Arel.", Ven. u. Radeg. 23 'de officiis monasterialibus'. — [210] noxie: Sulp. Seu., „Rufin. Clem. Recogn. X, 7", Cssd. Inst. Diu. 8 'ne,

dum expositio diuisa quaeritur, legentis intentio noxie differatur". — obturatio: aurium Vulg. Sirac., Aug. nat. et grat. 47, „Maxim. Taur.". — operare: Commod. (operasti), Cssd. (Epiph.) hist. trip., Isid. Sent. III, 19, 4 (aliquid operasse); part. perf. pass. Tert. Lact., exoperatus pass. A p. 12* (depon. operari uulg., cooperari eccl., exoperari gl.). — pernauigare: Plin., schol. Lucan. III, 233 (Oceanum pernauigare). — persulcare: Claud., „Max. Taur.", Dracont. carm. (ed. Duhn) X, 118 'persulcans per inane polos micat orbita florum', [Fulg.] serm. 1 'ut uolatum suum pertendat ad coelum, uolatu cantuque persulcans' (sulcare id. serm. 15). — peruigilatio: Cic., Fronto eloq. p. 141 'alius somnus, alia peruigilatio', „inscr.", gloss. — piracium: Hier., Ven. u. Radeg. 21 'aqua mulsa, piracium', 15. — plasmatio: Hier., Ambr. (add. Gg), Rufin. apol. (De-Vit), intpr. Iren. (Rönsch), Oros. c. Pelag. p. 615 'forte satius fuerat unum deleri illico peccatorem, ut mox alius secunda plasmatione substitueretur', Leo M. (B n. 19). — plenarius: Ambr., Aug. c. Petil. I, 13, 14 'pro unitate uera et plenaria', ep. 43, 19 'plenarium ecclesiae uniuersae concilium', de bapt. c. Donat. I. 18, 28, II, 4, 5, Conf. V, 5, X, 30 al., Julian. uit. contempl., Ennod., Dionys. Ex., Cssd., adu. A s. u. cl. D p. 121. — praefiguratio: Aug. (Ciu. D. XVI, 43, 2 al.), Hier. ep. (Gg), id. in Zach. II, ad 9, 11 sq., „intpr. Iren." (De-Vit), P. Nol. et Vig. Taps. B n. 19. — [220]praemouere: C. Aur. tard. II, 1, 46 et sim. al. (cf. D n. 23), id. salut. praec. (IV p. 343), [App.] Polem. Physiogn. p. 159 'qui genua collidit, qui resupinatus plerumque manus praemouet'. — principalitas: ad C* s. u. add. *al.* Pompei. comm. p. 164 K. 'inuenimus alia genera in principalitate et alia genera in diminutione, ut est pistrinum . . pistrilla', p. 204 al.; cf. principalia uerba Gell. (quae primigenia Varr., primitiua Prisc.), Plin. ap. Pomp. l. l. (priore 'quando dubitamus principale genus, redeamus ad diminutionem' (ut ex arbuscula intelligi ait, femininum esse etiam arbor), Pomp. ipse aliq. — propulsator: Val. Max., Arn., schol. Luc. IX, 979 'Iouis propulsatoris, ab arcendo mala'. — †qualisuis: Jul. epit. Nou., Reg. Bened. 69 'ne . . praesumat alter alium defendere monachum in monasterio . ., etiamsi qualiuis consanguinitatis propinquitate iungantur'. — querelosus: Cssd. „Var. VII, 14", Aldh. ep. 1 'querelosis singultibus', at querulosus legitur Vulg. Ep. Jud. 16, Cssd. „Var. IX, 14", Aldh. laud. uirg. 10 'querulosis questibus'. — †reaedificatio: Marcellin. Chron. ad a. 447 'muri recenti adhuc reaedificatione constructi corruerunt'; cf. † reaedificator D n. 40. — regulare et -ri: ad C* s. u. add. regulare et Eutych. ars I p. 461 K. 'ex certis et manifestis incerta regulantur et am-

bigua', On. lat. gr., -ri depon. Eutych. II p. 478, On. gr. lat. — scarificare: Pall., C. Aur. tard. I, 5, 62 'scarificatis locis', II, 4, 74 'ipsae gingiuae scarificandae', 1, 20 (scarificabimus), ib. 22, 7, 93, ac. II, 6, 29 al., unde est scarificatio Veg. u., C. Aur. tard. II, 1, 58 'cucurbitam imponi, adiuncta scarificatione', 13, 174, 14, 202, III, 4, 53, ac. II, 11, 80 al. (cf. Gg s. u. scarifo). — †scarosis (corr. pro escharosis): C. Aur. tard. I, 4, 118 'scarosiu medicamine siue ignis ustura', et [230]† scaroticus ib. 127 'testae perforatio et ustura cutis medicamine uel igne suffecta, quam scaroticam uocant', III, 4, 57 (cf. scia A s. u.). — secus praep. c. acc.: Charis. I p. 80 K.: id quod uulgus usurpat 'secus illum sedi', hoc est secundum illum, et nouum et sordidum est, Enn. ap. Lact. Inst. I, 11 (si tamen ipsa uerba sunt Ennii): quae secus mare loca essent, inscrr., C. Aur. ac. II, 3, 18 'sudores frigidi et glutinosi uultum secus et collum', 29, 149 'lanarum appositione thoracem secus atque medio scapularum', Pl. Val. II, 38 'herbae, quae nascitur secus aquam'. — speciatim: scrr. hist. Aug. (HA p. 32), M. Cap., C. Aur. tard. IV, 2, 16 al. — strobilus: Vlp. Dig., C. Aur. tard. II, 13, 176 'strobilorum granis', 178, 14, 206 al. — † *successus meton. pro suboles, fetus: C. Aur. tard. I, 5, 177 'feminam . . sua manu suos exstinxisse successus'. superbibere: Plin., Theod. Prisc. IV f. 313a, C. Aur. ac. III, 8, 84 'permittens uinum superbibendum' al. — superdare: Cels., C. Aur. tard. IX, 3, 60 'nihil erit omnino superdandum' al., Dynam. II, 84 — † *tener abus. pro tenuis: C. Aur. tard. II, 11, 136 'ex arteriis ueniens sanguis tenerior', 10, 124 'siquidem sit impossibile, sanguinem crassum tenera ferri (γρ. fieri) per oscula uel excludi' al. — tumba (tombe): Prud., Aldh. laud. uirginit. 45 'cuius tumba in coemeterio posita', id. carm. de uirg. 1760 'quamlibet in tumba pausarent ossa sepulcri' al. — ueneranter: Carm. de iud. Dom., Sedul., Cssd. in ps. 109 pr., Ven. uit. Radeg. 6. — [240]†uicedominus (vidame): Cssd. Var. V, 14 'domestici comitis Gothorum nec non et uicedomini aliqua dicuntur prouincialibus . . abstulisse', Greg. M. — uiscosus: Prud., Pall., C. Aur. ac. III, 3, 16 'ob uiscosam tenacitatem', II, 32, 167 (sudor), tard. IV, 3, 62. — uiuaciter posit.: Fulg. Myth., Cssd. in ps. 100, 2, 'ut, quod oculis carnalibus non uidebat, uiuaciter conspiceret animae desiderantis adnisu' (comp. Prud., sup. Boeth.). — ad ulceratio add. C. Aur. tard. IV, 1, 2 'cutis ulcerationem . . ulc. locorum', II, 12, 141, 14, 218 al. — Quaedam ex his subrelictis superiori potius subindendorum in III ordini inserenda fuerant, si locus relinqueretur, ueluti 164, 186, 204, 214, 235 sq., — 184, — 195, alia.

Corrigenda in III.

Pag. 604 lin. 3 scribendum: blatt i aus
— 605 — antepaenult. scrib.: circu m fulgere
— 612 — 6 scrib.: est o te
— 618 — 7 scr : id.
— 616 — 7 scr.: † conuersibilis :
— — — 25 extr. add.: (C p. 4*).
— 619 — 22 lemm. scr. dem u t atio
— 620 — 8 lemm. scr. derisori u s
— 629 — 3 lemm. scr. exp i atus
— 632 — 6 post 'fluctuatio' dele, it p. 633 l. 8 post 'fugitans'
— 658 ann. 5 scr. 348
— 660 lin. 11 scr.: al., „Barnab. ep. n. 10".
— — — antepaen. post Afr. del. alterum punctum.
— 667 — 11 del.,
— 668 ann. 9 scr. 301
— 669 lin. 1 sq. scr. sus-
ceptis
— 8 sq. scr. *uindictae*
— — 15 scr. a d nat.
— 672 — ult. scr. n. 4
— 673 ann. 10 l. 2 scr. 1 8 2 (c. 65 o|o
— 674 l. 9 scr. sonab i le per
— 674 ann. 12 l. 4 del. captiuatrix. 4)

---

4) Descriptis in Beitr. II laterculis uocum -tio (-sio), -tor (-sor) et -rix, -tas finitarum recc. addidimus in III nn. 18. 12, 14 uoces. quas ipsi plerasque adinueneramus deinde. Jam alia superaddimus subrelicta, quae maximam partem e thesauri Forcelliniani editione noua, quam curauit De-Vit (tom. I—V p. 368, Prati 1858—78), deprompsimus, cuius nobis nunc demum copia facta est utendi:

I, 1476 accentio, addensatio, affigatio gl. παρήλωσις, arulatio gl., capitulatio Hilar., coarcuatio gl. Is., coaugmentatio, compertusio, compescatio gl., confligatio gl., constabilitio Gild., constipulatio append. Isid. Diff. 162, culbitio (culbare) gl. στραγγουρία, delictio, 1460 delinquatio et derelinquatio gl., despoliatio, desurrectio Marc. Emp. 27 p. 365 F. (Scrib. „37. 142"?), deustio „S. S." (int.: uers. uet.), disciplinatio intpr. Ignat. ad Trall., dispersio, domitio (domare) gl., emeritio, emersio, exemplatio, 1500 expetitio Arn. V, 28 cod., extritio Aug., fotio gl., fultio Front. diff., graecatio gl., hospitatio, humanatio Vigil. pap., impietatio Cssd. in apoc. 29, in-determinatio „Mar. Vict. adu. Ar. IV, 23" (uertens ἀοριστία), ingeminatio, 1510 in-generatio Dionys. Exig., instimulatio, intermixtio Mar. Vict. art. I, 18, manupositio frgm. Arian., martyrizatio intpr. Ign. ad Eph., obnubilatio, obuelatio Thom. Thes., peculatio gl., praecerptio, praesectio gl. 1620 principatio Ign. ad Trall., quietatio „Acta S. Ignat. 7", quietio „S. S.", nechrismatio „Conc.

Pag. 674 ann. 12 l. 7 scr. > craxator.
— — — l. 14 scr. interclusor (non diductis litt.)
— — — l. 16 ind. praecantatrix, > praecantor,
— 675 — l. 2 scr. refocillatrix
— — — l. 4 scr. 134 2
— — l. 21 add.: ,et infra supercoelestis.
— 677 ann. 13 l. 18 scr. attitulantur
— — — l. 14 scr. octo
— — — l. 19 sq. del.: efflorere — (effloreant),
— 680 ann. 15 l. 1 scr. 36 4.
— — ann. 16 numeri corrigendi sunt e D p. 207 sq.
— — ann. 17 l. 8 scr. liquidiusculus
— 682 l. paenult. scr. 12 et 14
— 684 ann. 18a scr.: 690 uel paulo plus

Araus." (a. 442), recubitio „Aug.", recuratio „id.", reinterrogatio Rufin., remulcatio gl., reordinatio „Conc. Carth. III (397) c. 38", retentatio „Conc. Aurel." (a. 541 et 549), 1530 retusio intpr. Iren., rosatio, sagittatio „S. S."; — II, 1343 acutor N. Tir., anclator gl., antepraecursor (?) Tert. bapt. 6, arenator gl., artislator Prob. p. 183 Keil, auctionator Hilar., anicaptor uel auceptor gl., 1350 coauditor, colitor inscr. gl., comparatrix Zen. I, tr. 12, 8, compertitor gl., compugnator actt. S. Ign., congestor „actt. S. Polycarp. 18", conuiator „intpr. Ign. ad Eph. 9". decimator, deditor Tert. orat. 11, denominator, deportator gl. 1360 despectrix Tert., dictrix Cledon., disciplinator Thom. Thes., dissensor gl., dissultor gl., diuulgator gl., domicorruptor gl., dropacator inscr., exsulator Petr. Chrys., — extenuatrix, 1370 fissiculator gl. Isid., fundibu(a)lator „S. S.", Veg. m., hamator gl. Is., indebitor gl. lat. arab., inflatrix „Aug. serm. Mai. 118, 5", ingressor „Patric. synod. can. 27", inscriptor inscr., itor Prob., iugulatrix Orest. trag., iurgator „Petr. Chrysol. s. 162", 1380 iurisdoctor gl., iutrix inscr., labefactor gl., lanciator inc. de geneal. patriarch., limator gl., linctor gl., linteator gl., litigatrix N. Tir., luxuriatrix gl. Diefbch, mancipator gl. Hldbr., 1390 monator gl. σημαντήρ, natricator gl., partrix Rustic. (cf. 346), perceptrix intpr. Iren., praefusor gl., praesagitor Euagr., praestolator gl., praetermissor „Aug.", proemptor, prometator, 1400 prouector Gelas., rationator N. Tir., recertator gl., remulcator gl., restauratrix „Aug. serm". 1405 restitor N. Tir., numm. (-trix Plaut.); — III, 426 certitas gl., conducibilitas, copiositas Bachiar., exsistentitas, 430 feralitas, impatibilitas Rufin., indocilitas „Philastr. 110", ingeniositas inscr., irrationalitas, 435 noluntas gl., praegnacitas „Aug. serm. Mai.", reciprocitas „N. Tir.", rectitas gl. Isid. Quoniam in talibus caput rei est, ut quam plenissime perficiantur, non uidebantur haec esse relinquenda. Quae etiam augere in procliui erat e glossariorum copiis, quas multum abest ut exhauserit thesaurizator Pratensis. Sed et nos iam quaerere desistimus, contenti pro tempore collegisse recc. -tio (-sio) terminata 1532 (uett. c. 1350), -tor (-sor) et -rix 1405 (uett. paulo plus 700), -tas 438 (uett. c. 350). — Ad I, 1478, 1484 sq., 1490 sq., II, 1390 cf. A p. 22* (add. ad n. 49); — ad II, 463, 708, 945 siglum '—' iam est delendum.

Epimetra annotationis

I

ad ann. 5 (III p. 653)

Adiectiuorum deriuatorum in -iuus laterculus.

Abdicatiuus App. dogm. Plat. III, Mart. Cap., Cassiod., abditiuus Plaut. Poen. prol., *abiudicatiuus* App. dogm. Pl. III, ablatiuus Quint., Gr(amm.), [5] *abnegatiuus* Prisc., *abnutiuus* (C*), abortiuus (C*), absentiuus Petr., *absolutiuus*, [10] abusiue Quint. postt. et *-us*, *accommodatiuus* Prisc., accusatiuus Quint. et Gr., *acquisitiuus* Boeth. Prisc., actiuus Sen. Quint. pstt., [15] *additiuus* Prisc., *adhortatiuus* Gr., *adiectiuus* Gr., *adiunctiuus* Gr., *adiutiuus* Bo., [20] administratiuus Quint., *admiratiuus* Isid., admissiuus (P. Diac. epit. Fest. aues), *adnutatiuus*, *adnutiuus* „Diom. I p. 417", gloss., [25] adoptiuus, *adoratiuus* Prisc., adscriptiuus, *adsimilatiuus* gl., adsumptiuus, [30] *aduersatiuus* Prisc., *adunatiuus* Bo., *aegrotatiuus* Bo., *aequiperatiuus* Prisc., aestiuus, [35] *affectiuus* Prisc., *affirmatiuus* Diom. Bo., *agitatiuus* Bo., *agnominatiuus* Consent., *allocutiuus*, [40] *ambulatiuus* inscr., *antecantatiuus* Mar. Vict. (cf. 303), *antecessiuus* Tert., *antonomasiuus* Seru., *apertiuus* Coel. Aur., [45] *appellatiuus* Gr., *appetitiuus*, *appositiuus* Prisc., *approbatiuus* Prisc., arbustiuus Col., [50] *arciuus* gl. εἱρκτικός, κωλυτικός, armentiuus Plin., *aspiratiuus* Cssd., *attractiuus* Cassiod., *auctiuus* Fortun. art. rhet., [55] *aucupatiuus* Bo., cadiuus, captiuus, *caritatiuus*, *causatiuus* M. Cap., Prisc. all., [60] *certatiuus* Facund., Cassiod. (Epiph.) hist. tripart. (*-ue* ib. et Facund. defens. X, 6 'non dogmatice dictum est, sed certatiue'), *circumductiuus* Bo., *coactiuus*, coctiuus Plin., Apic., *cognominatiuus* Consent., [65] collatiuus Plaut., pstt., collectiuus Sen. Quint., *comitiuus*, *commendatiuus* Prisc., *comminatiuus* Tert. Diom., [70] *communicatiuus* Bo., sch. Luc., *compactiuus* Is., comparatiuus Quint. Gell., Gr., *compen-*

*) Quae recc. sunt, obliquis literarum formis distinximus, diductis, si quae in nostris uocabulorum addendorum lexicis regesta sunt editionibus. Aduerbiales formas omnes disertim addere supersedimus.

satiuus Aug., Cssd., Victorin. in Cic. Rhet., *completiuus* C* et III (add. Rustic. c. Aceph. p. 1224). [75] *complexiuus* Gell. (lemm.), M. Cap., Bo., Cur. Fort., Diom. II p. 433 all., *compositiuus* M. Cap., *comprehensiuus* Bo. Prisc., *comprobatiue* Prisc., *compromissiuus*, [80] conceptiuus, concertatiuus Quint., *concessiuus* Gr., *conclusiuus*, concretiuus gl., [85] *concupiscentiuus* Tert., *concupiscitiuus* Hier., conditiuus, *confirmatiuus* (III), *congregatiuus* Bo. Prisc. (*-ue* Asper), [90] *coniunctiuus* Tert., Vigil. pap., Gr., *connexiuus* Gell., *consentiuus* Don. ad Ter. (Ott Beitr. z. lat. Lexicogr.), *conseruatiuus* Bo., *consitiuus* Seru. ad Verg. Georg. I pr., [95] *consolatiuus* Cssd. Is., *constitutiuus* Mar. Victor. Bo., *constrictiuus* (III), *constructiuus* Bo., *consubstantiuus* Tert. Mar. Merc., [100] contemplatiuus Sen., pstt., *continentiuus* Bo., *continuatiuus* Prisc., *conuersiuus* Bo., *conuictiuus*, [105] *cooperatiuus* Bo., *copulatiuus* Aug. locut. in Hept. II ad Exod. 35, 28 (coniunctio), Charis. et all. Gr., M. Cap., Cod. Just. (*-ue* Macr.), *corporatiuus* C. Aur., *corpulentiuus*, *correptiuus* gl. et *-ue* Don. (Ott), [110] corrosiuus Sen., *corruptiuus* Tert. et S. S. ap. eund., Cypr. mortalit. 8 (*-ue* Bo.), *crudiuus*, *cunctatiue* Don. (Ott), daliuus P. Diac. ep. Fest., [115] datiuus Quint. et Gr., Gai., C. Just., gl., *deceptiuus* (A), *declaratiuus* App. dogm. Pl. III, M. Cap., Mar. Vict. adu. Ar. I, 20, *declinatiue* Asp., *dedicatiuus* App. dogm. Pl. III, M. Cap., Cssd., [120] *deductiuus* Pomp. comm., *defectiuus* (III), definitiuus Cic., pstt., *dehortatiuus* Prisc., deliberatiuus Cic., Quint., pstt, [125] *deminutiuus* Tert., Non. p. 12ᵇ (qui et *-ue* p. 11ᵇ), Macr., Gr., *denegatiuus* Is., *denominatiuus* Bo., Prisc., all. (*-ue* M. Cap., Bo.), *densatiuus* C. Aur., *denuntiatiuus* id., [130] *depositiuus* (C*), *deprecatiuus* M. Cap., Bo In Ar. Intpr. ed. sec. I p. 396 Migne, Prisc. Inst. VIII, 103, Fortunat., Is., *depurgatiuus* C. Aur., *deputatiuus* Hilar., *deriuatiuus* (C*), [135] *derogatiuus*, *descriptiuus* Bo., *desiccatiuus*, *desideratiuus* Gr., *designatiuus* Bo., [140] *destrictiuus* C. Aur., *destructiuus* C. Aur., Bo., *determinatiue* Bo., *detractiue* schol. Pers., *deuestiuus* Tert., [145] *diffinitiuus* Macr. diff. (Ott), Bo. diffin. p. 893 M., *digestiuus*, *digressiuus* Cssd., *discretiuus* Prisc. (*-ue* Don. ad Ter.), *disertiuus* Prisc. XVI, 1, 1 (coniunctio), [150] *disgregatiuus* Bo., *disiunctiuus* Gell., Ascon., Gr., Dig., *dispensatiuus* (C* et III), *dispertitiuus* Prisc., *disputatiuus* Cssd. h. trip. al. (C*), [155] *dissolutiuus* Bo., *distantiuus* Tert., *distributiuus* Bo. Prisc., *districtiuus* C. Aur., *diuisiuus* Bo., [160] donatiuum pA (*-us* inscr., gl.), *dubitatiuus* Tert., Dosith. p. 51 Keil, Diom. Prisc. (*-ue* C*), effectiuus (cf. III s. u.), *egestiuus*, *elatiuus* gl., [165] *electiuus* Prisc. al., emptiuus P. Diac. epit. Fest., *enarratiuus* (C*), enuntiatiuus (l), *erratiuus* (?) Front. diff., [170] *euaporatiuus* inscr., *euocatiuus* inscr., *exaltatiue*, *exclamatiue*, exercitatiuus Bo., [175] exhortatiuus Quint., pstt., *exoratiuus*, exortiuus Plin., *explanatiuus*,

expletiuus Diom. I p. 415, all. Gr., [180] *exploratiue, exprobratiue,* [181a] *expulsiuus* Cssd., *exsecratiue* Don. ad Ter. Ad. III, 2, 51, *exsultatiuus, extensiuus* Dig., [185] festiuus, *figuratiuus* (C* add. „inc. de serm. Dom. 2, 2 p. 646 t. 13 Migne“), finitiuus (I add. „M. Cap. III, 240“ all.), *frequentatiuus* Gell. et Gr., fugitiuus, [190] furtiuus, *generatiuus* (C*), genitiuus, *gerundiuus* Seru., „Bo. intpr. ed. sec. I p. 399“, *glutinatiuus* App. herb., [195] *habitiuus* Charis., *habituatiuus* Bo., hortatiuus Quint., Gr., illatiuus Plin. ap. Diom., Prisc., *imitatiuus* (C*), [200] *imperatiuus* Gr., Macr., Salu. (*-ue* I), *impersonatiuus* Diom., *impertitiuus, impetratiuus* Seru., impositiuus Plin., Prisc. XII, 1, 6, [205] *impulsiuus* Fortun. rhet., *imputatiuus* (cf. D p. 74), incalatiue P. Diac. ep. Fest., incentiuus Varr. et freq. postt., *inceptiuus* Don. (Ott), Diom. (A p. 20*), [210] *inchoatiuus* Gr., *inclinatiuus* Prisc., *incomplexiuus* gl., *inconsubstantiuus, incorruptiuus* Hier., [215] *increpatiuus* (IV s. u.), *incusatiuus* Diom., *indicatiuus* Gr., *indiciua,* ae Jul. Vict. (*-us* N. Tir.), indictiuus Varr. Fest., [220] *indignatiuus* (C*), *indiuisiue, inductiuus* Bo. Prisc. (*-ue* C. Aur.), *inenarratiuus* Tert., infectiuus Vitr., [225] *in-festiuus* Gell., gl., *infinitiuus* Diom., M. Cap., Prisc., Is., *iniectiuus* Grom., *iniunctiuus* inscr. (De-Vit), *inquisitiuus* Bo. Prisc., [230] *insequentiuus* „inscr.“, *insertiuus* Calp. decl., *in-significatiuus* Diom., *insignitiuus* Bo., insitiuus, [235] *inspectatiuus* Is. „Or. II, 24, 10 sq.“ (philosophia, — ¿ spectatiua, ut legitur ib. 9), *inspectiuus* Bo. Geom., Prisc., Cssd. in ps. 33, 8 al., *instantiuus* Bo., instauratiuus, *in-subditiuus* Tert., [240] *in-substantiuus* (C*, — Hilar. et Rufin. add. De-Vit), *intellectiuus* Aug., Bo., Prisc., *intempestatiuus* (D p. 18), intempestiuus, *intentiuus* Prisc., [245] *intercessiuus* (? uid. Quicherat s. u.), *intercisiuus* Grom., *interfectiuus* C. Aur., intergeriuus Plin., P. Diac. ep. Fest., *interiectiuus* Simpl. Grom. (*-ue* Prisc.), [250] *internatiuus* (nates) Fronto, interneciuus, interpensiuus Vitr., *interrogatiuus* Gr., Salu. (*-ue* Tert., Ps. Asc., Gr.), *intersecìuus* Front. col., Bo. Geom., [255] *intransitiuus* Prisc., *inuectiuus* Amm., Rufin., Diom., Sulp. Vict., *inuocatiuus* Bo., *irascitiuus* Hier., *irrisiue* Amm., sch. Juu., [260] *iteratiuus* Char., Diom. al., *iudicatiuus* Bo., *iunctiuus* Prob., *iuratiuus* Prisc., lasciuus, [265] laudatiuus (III), *laxatiuus* C. Aur., Plin. Val., *legatiuus* ICti, lixiuus et -uius, lucratiuus Quint. pstt., [270] *machinatiuus* Bo., *mandatiuus* Diom., *medicatiuus* Bo., *meditatiuus* Gr., *memoratiuus* Prisc., [275] *messiuus* (messis) ICti recc., *minutiuus* Fortun. rhet., *mitigatiuus* C. Aur., *monstratiuus* Bo., *mordicatiuus* C. Aur., [280] *motiuus, multiplicatiuus* Bo., *narratiuus* Seru. et rhett. pstt. (*-ue* Don. ad Ter.), natiuus, *negatiuus* ICti, App. dogm. Pl. III (p. 267 Hild.), sch. Juu., Is. Or. II, 21, 24 (*-ue* Bo. Cssd.), [285] *neutrodefectiuus* Cledon. p. 54 Keil, *neutropassiuus* Prisc., nociuus Phaedr. Plin., Hier. in ps. 30 (dii n.), „Herm. Past. I, 3, 9“, nominatiuus Varr. et Gr., *notiuus*

N. Tir., [290] *nuncupatiuus* (C* cl. III s. u., — adu. D p. 105), *oblatiuus* Seru. Symm., *obreptiuus* Symm., Cod. Th., *occasiuus*, *occupatiuus* gl., [295] *odoratiuus* App. h., *operatiuus*, *opinatiuus* Prisc., *optatiuus* Diom., M. Cap., all. Gr., optiuus Hor., Gai., [300] *ordinatiuus* (C*), *ornatiuus* Cledon. Pomp., ortiuus Manil. App., *ostensiuus* Gelas., Bo., *parentiuus* Valer. hom., Ennod., [305] *passiuus* (pandere) Tert., App., Firm. m., Aug., Grom., sch. Juu. (*passiuitas* Tert.), *passiuus* (pati) Gr. (*passiuitas* Prob. all. Gr.), *percontatiuus* Diom., M. Cap., C. Aur., *perfectiuus* Bo. Prisc., *personatiuus* Cled., [310] *perspectiuus* Bo., *placiuus* gl., *pluratiuus* Gell., Gai. Dig., Arn., *positiuus* Gell., Chalc., Seru., Macr., Prisc. all. Gr. (*-ue* I), possessiuus Quint. et Gr., [315] *postoantatiuus* M. Vict. (cf. 41), *postpositiuus* Prisc., Pomp., *potestatiuus* (III, cf. De-Vit), praeceptiuus Sen., Tert., Is., *praedicatiuus* M. Cap., App. dogm. Plat. III, Bo., Cssd., [320] *praedictiuus* C. Aur., *praefinitiue*, *praegustatiuus* Fulg. serm. prisc., *praeiectiuus* Scaur., *praelatiuus* Cssd., Pomp. et all. Gr., [325] *praemetiuum* gl. Phil. (?), *praenominatiuus* Consent., *praenuntiatiuus* (IV), *praepositiuus* Diom. Prisc. Pomp., praerogatiuus, [330] *praescriptiuus* Jul. Vict., Sulp. Vict. (*-ue* Tert.), *praestructiuus* Fortun. rhet., *praesumptiuus* (C*), *precatiuus* Vlp. Amm., *pressiuus* gl., [335] primitiuus Col., pstt., *priuatiuus* Gell., Bo., *probatiuus* Quint. decl., *productiuus* Hist. trip., gl., *progenitiuus* Bo., [340] *prolatiuus* (C* add. „intpr. Iren. II, 13, 8, Philastr. haer. 64, Aug. serm. ed. Mai. 138, 2"), *promissiuus* (supra p. 15), *pronominatiuus* Prisc., *pronuntiatiuus* (C*, cf. De-Vit), *propositiuus* Bo., [345] prorogatiuus Sen., *prospectiuus* C. Just. (fenestrae), *prouocatiuus* Tert., act. C. Aur., pruritiuus Plin. (?), *purgatiuus* C. Aur., Cur. Fort., [350] *purificatiuus*, *putatiuus* Tert. et saep. eccl., *qualitatiuus* Cssiod., Isid., ratiocinatiuus Cic., Quint., Fortunat. rh., Diom. (*rationatiuus* Asper), [355] recidiuus pA, *recordatiuus* Mart. Cap., Prob., Claud. Sacerd., *recorporatiuus* Coel. Aur., Ps. Soran. quu. medic. 197 'metasyncritica id est recorporatiua adhibenda est cura', *recuperatiuus* Agg. Vrbic., *recusatiuus*, [360] *redditiuus* Diom. Prisc., referiuus Cinc. ap. Fest., Plin., *refractiuus* Prisc., relatiuus Arn., Aug., Diom., M. Cap., Prisc., Fulg. Rusp. de quinq. quaestt. 7 'relatiuo uocabulo (ut e. c. pater) sic persona quaelibet dicitur in se, ut non dicatur ad se' (adu. etiam Ps. Aug. Specul. 27 'inuicem relatiue tria estis, essentialiter unum'), *remissiuus* C. Aur., Prisc., [365] *remotiuus* Jul. Vict. rhet., renouatiuus Fest., *repletiuus* (C*), *responsiuus* Jul. Ruf., Asper, Prisc., *reprobatiuus* Is., [370] *resumptiuus* C. Aur., *retransitiuus* Prisc., *salutatiuus*, *sanatiuus* Bo., satiuus Varr. Plin. Gell., [375] seciuus Fest., sectiuus Col. Plin., *segregatiuus* Asp., sementiuus, *separatiuus* Gr., Chalc. in Tim. 78, intpr. Iren. I, 3, 5, [380] *siccatiuus* C. Aur., Cssd., *significatiuus*

(C* et III), *sitiue* Tert., ¿ soniuius (cf. 268), spectatiuus Quint., [385] *spectiuus* Agg. Vrb., *speculatiuus* Bo. Cssd., *spontiuus* Solin., statiuus, *stillatiuus* Pl. Val., [390] strictiuus Cat. r. r., *subcontinuatiuus* Prisc., *subdisiunctiuus* id., subditiuus, *subiectiuus* App. Tert. M. Cap. all., [395] *subiunctiuus* Gr., *subreptiuus* C. Theod., *subrunciuus* Hyg. lim., *subscriptiuus* Bo., subsiciuus, [400] *substantiuus* Tert., Prisc. al., *substitutiuus* (I), succentiuus Varr., *successiuus* Lact. (?), *superabnegatiuus* Bo., [405] *superelatiuus*, *superlatiuus* Gr., *supernexiuus* Asp., *superpositiuus* Prisc. (?), *supersubstantiuus*, [410] *suppletiuus* gl., *suppositiuus* Prisc., *susceptiuus* (C*), *suspectiuus* Prisc., *temperatiuus* C. Aur., [415] tempestiuus, *temporiuus*, *tentatiuus* Bo., tortiuus Cato Col., C. Aur., *traductiuus* Mar. Vict., [420] *transgressiuus* Diom., *transitiuus* Prisc., translatiuus, transpositiuus Quint., transumptiuus id., [425] *uacantiuus* Lampr., uaciuus Plaut., *uenatiuus* Bo., *ueneratiuus* Seru., *uetatiuus* Is., [430] *uexatiuus* C. Aur., *uituperatiuus* Seru., Prisc., *unitiuus* (C*), *uocatiuus* Gell. et Gr., *uoluntatiuus* Prisc., [435] *uoluptatiuus* Fronto, uotiuus, *usurpatiuus* Diom., Seru., Macr., all., — 348 recc. (cum 181ᵃ), 41 pA, 49 uett., — nostris in Addendis regesta, quae diductis literis conspicua fecimus, 35 (1/10 recc.)[5]).

III

ad ann. 18ᵃ (III p. 684)

Adiectiuorum in -bilis laterculus.

Quae pro denominatiuis uidebantur esse habenda, uncis inclusimus; — act. ascripsimus iis, quae significationis inueniuntur esse actiuae*); (act.), si quae, cum sint significationis passiuae, interdum tamen uel a quibusdam etiam actiue usurpantur. Cetera, ut in epim. I.

abdicabilis, *abominabilis*, *absolubilis*, *accensibilis*, *acceptabilis*, *accessibilis* (adu. *act.*), accusabilis, *adibilis*, adiutabilis act. Plaut.,

---

5) Sunt deriuata a forma uerbi, ut ita dicam, instantiua (Praesensstamm) duodeuiginti: 50, 56, 86, 92, 144, 218, 248, 251, 254, 258, 287, 311, 355, 361, 375, 397, 399, 426; — a part. praes. act. duodecim: 8, 85, 99, 101, 156, 213, 230, 237, 240, 304, 400, 409 (a part. praes. pass. 193); — a nominibus declinata sunt duodeuiginti, ab adi.: 108, 112, 243, 415, a subst.: 34, 43, 51, 58, 67, 242, 250, 275, 298, 317, 378, 416, 434, 435. Grammaticorum sunt propria solorum, ut uideatur, aut paene solorum CXX, Boethii peculiaria XXXV, Coelii Aureliani haec duodeuiginti: 44, 107, 128 sq., 132, 140, 158, 170, 247, 277, 279, 320, 349, 370, 414, 430, — 266, 357. Quae praeterea hinc duci possunt, reliqua facimus iis, qui his scient uti.

*) Hoc est participii praesentis eius uerbi, unde deriuata sunt, significationis genus referentia (ita ut etiam passibilis, peribilis, irascibilis . . censeantur inter actiua).

